32. Rhinolophus. *Dent. prim.* supra 2, infra 4. *Prosthema* maximum complicatum. *Auriculae* maximae sine operculo. *Papillae* duae mammas mentientes in pubis regione dispositae.

33. Desmodus. *Dent. prim.* supra 2, infra 4. *Prosthema* magnum complicatum. *Auriculae* operculatae. *Cauda* nulla.

III. FERAE.

Dentes trimorphi: *primores* utrinque 6. *Pedes* exserti vel retracti, pollice non distincto. *Digiti* unguiculati. *Mammae* apertae abdominales.

A. *Pedibus exsertis distinctis.*

34. Ursus. *Dent. prim.* inferiores in eadem serie collocati; *mol.* supra utrinsecus 6, infra 7. *Pedes* 5-dactyli. *Cauda* abrupta.

35. Procyon. *Dent. prim.* inferiores in eadem serie; *mol.* utrinque utrinsecus 6. *Rostrum* acutum. *Pedes* 5-dactyli. *Cauda* longa laxa.

36. Nasua. *Dent. prim.* infer. in eadem serie; *mol.* utrinque utrinsecus 6. *Rostrum* proboscideum mobile. *Cauda* longa laxa.

37. Cercoleptes. *Dent. prim.* infer. in serie eadem, *mol.* utrinque utrinsecus 5. *Cauda* elongata volubilis.

38. Meles. *Dentium prim.* inferiorum secundus exterior utrinque interior; *mol.* supra utrinsecus 4, infra 6. *Pedes* 5-dactyli. *Folliculus* transversus glandulosus inter anum et caudae radicem.

39. Arctonyx. *Dent. prim.* parvi aequales. *Rostrum* sui lum. *Cauda* sub-nuda.

* Gymnura. *Dentium prim.* superiorum intermedii 2 lateralibu longe majores discreti. *Rostrum* acutum. *Cauda* nud

40. Mydaus. *Dentium prim.* inferiorum intermedii procun bentes. *Auriculae* absconditae. *Pedes* 5-dactyli. *Gla dulae* 2 anales.

41. Gulo. *Dentium prim.* inferiorum secundus exterior utriu que interior; *mol.* supra utrinsecus 4—5, infra 4—(*Pedes* 5-dactyli. *Folliculus analis* nullus.

42. Ailurus. *Dent. prim.* in eâdem serie; *mol.* utrinqu utrinsecus 5 cuspidati. *Rostrum* latissimum. *Pede* 5-dactyli. *Cauda* longa cylindrica.

43. Arctictis. *Dent. prim.* in serie eâdem; *laniarii* angu lati; *mol.* utrinque utrinsecus 5. *Pedes* 5-dactyli. *Caud* valida volubilis.

44. Paradoxurus. *Dent. mol.* utrinque utrinsecus 6. *Pe des* 5-dactyli sub-palmati. *Cauda* desuper ad basin us que circinanda.

45. Mephitis. *Dent. mol.* supra utrinsecus 3, infra 5. *Pe des* 5-dactyli fissi. *Cauda* mediocris villosa. *Glandu lae* anales.

46. Mangusta. *Dent. mol.* utrinque utrinsecus 6. *Pupill* oblonga. *Lingua* aspera. *Pedes* 5-dactyli semipalmati *Cauda* basi incrassata. *Folliculus* glandulosus inter anur et caudam.

47. * Crossarchus. *Rhinar.* mobile. *Pupilla* rotunda. *Lin gua* in medio papillis corneis aspera. *Pedes* 5-dactyli *Cauda* applanata. *Folliculus* analis.

48. Ryzaena. *Dent. mol.* utrinque utrinsecus 5. *Lingu* antice retrorsum aculeata. *Pedes* 4-dactyli fissi. *Caud* longa. *Folliculi* 2 anales.

49. Viverra. *Dent. mol.* utrinque utrinsecus 6. *Lingua* re trorsum aculeata. *Pedes* 5-dactyli fissi. *Ungues* semi retractiles. *Folliculus* glandulosus inter genitalia et anum

50. Canis. *Dent. mol.* supra utrinsecus 6, infra 7. *Lin gua* laevis. *Pedes* fissi: antici 5-, postici 4-dactyli *Ungues* fixi. *Folliculus* analis nullus.

51. Proteles. *Dent. mol.* supra utrinsecus 4, infra 3. *Ro strum* acutum. *Pedes* fissi: antici 5-, postici 4-dactyli *Uracum* stethiaeo multo humilius.

52. Hyaena. *Dent. mol.* supra utrinsecus 5, infra 4 *Rostrum* obtusum. *Lingua* aspera. *Pedes* 4-dactyl fissi. *Uraeum* stethiaeo humilius. *Cauda* brevis. *Fo liculus* glandulosus inter anum et caudam.

53. Felis. *Dent. mol.* supra utrinsecus 5, infra 3. *Lingua* retrorsum aculeata. *Pedes* fissi: antici 5-, postici 4-dactyli. *Ungues* retractiles.

54. Mustela. *Dent. mol.* supra 4—5, infra 5—6. *Lingua* laevis. *Corpus* elongatum. *Pedes* 5-dactyli fissi vel palmati. *Ungues* fixi. *Cauda* brevis. *Glandulae* anales.

55. Lutra. *Dent. mol.* utrinque utrinsecus 5. *Lingua* laeviuscula. *Pedes* 5-dactyli palmati. *Cauda* brevis applanata. *Glandulae* anales.

B. *Pedibus retractis obvolutis.*

56. Eyidris. *Dent. lan.* inclusi; *mol.* supra utrinsecus 4, infra 5. *Scelides* antipedibus longiores discretae, digitis externis gradatim longioribus.

57. Phoca. *Dent. lan.* inclusi; *mol.* utrinque utrinsecus 5-6. *Scelides* retrorsum directae, sibimet approximatae.

58. Trichechus. *Dent. lan.* exserti.

IV. BESTIAE.

Dentes di-trimorphi: primores supra 2—10. *Pedes* exserti. vel distincti vel dermopteri; postici saepe manus. *Digiti* unguiculati. *Mammae* apertae vel mastothecâ inclusae.

A. *Mammis apertis.*

59. Centetes. *Dent. prim.* utrinque 6 aequales. *Corpus* spinis tectum.

60. Talpa. *Dent. prim.* supra 6, infra 8. *Nasus* proboscideus. *Corpus* pilosum. *Pedes* 5-dactyli fissi.

61. Condylura. *Dent. prim.* supra 2, infra 4; *lan.* solitarii. *Proboscis* elongata gracilis. *Corpus* pilosum. *Pedes* 5-dactyli fissi. *Cauda* mediocris.

62. Chrysochloris. *Dentes prim.* supra 2, infra 4. *Corpus* pilosum. *Pedes* antici tri-, postici 5-dactyli. *Cauda* nulla.

63. Scalops. *Dent. prim.* supra 2, infra 4; *lan.* nulli. *Nasus* proboscideus. *Corpus* pilosum. *Pedes* 5-dactyli: postici palmati. *Cauda* brevis.

64. Myogale. *Dent. prim.* supra 2, infra 8 (4). *Proboscis* elongata mobilis. *Corpus* pilosum. *Pedes* 5-dactyli palmati. *Cauda* elongata.

65. Sorex. *Dent. prim.* utrinque 2; *lan.* nulli. *Nasus* proboscideus. *Corpus* pilosum. *Pedes* 5-dactyli fissi. *Cauda* elongata aut mediocris.

66. Tupaia. *Dent. prim.* supra 4, infra 6. *Corpus* pilosum. *Pollex* distinctus. *Cauda* disticha.

67. ERINACEUS. *Dent. prim.* supra 6, intermediis 2 longioribus, infra 2. *Corpus* spinis tectum.

B. *Mammis mastothecâ inclusis.*

68. DIDELPHYS. *Dent. prim.* supra 10, infra 8. *Pedes* distincti. *Cauda* volubilis squamata.
69. THYLACINUS. *Dent. prim.* aequales diastemate medio discreti, supra 8, infra 6. *Pedes* distincti fissi. *Cauda* laxa.
70. DASYURUS. *Dent. prim.* approximati, supra 8, infra 6. *Pedes* distincti fissi. *Cauda* laxa.
71. PERAMELES. *Dent. prim.* supra 10, infra 6. *Pedes* distincti; postici digitis secundo et tertio coadunatis. *Cauda* laxa.
72. PHALANGISTA. *Dent. prim.* supra 6, infra 2. *Pedes* distincti; postici digitis 2do et 3tio coadunatis. *Cauda* prehensilis.
73. PETAURUS. *Dent. prim.* supra 6, infra 2. *Pedes* dermopteri.
74. MACROPUS. *Dent. prim.* supra 6, infra 2. *Pedes* saltatorii: postici 4-dactyli. *Cauda* longa.
75. PHASCOLARCTOS. *Dent. prim.* supra 6, infra 2; *lan.* supra solitarii. *Pedes* ambulatorii. *Cauda* brevissima.
76. PHASCOLOMYS. *Dent. prim.* utrinque 2. Pro *Laniariis* diastema. *Pedes* ambulatorii. *Cauda* brevissima.

V. GLIRES.

Dentes dimorphi; *primores* utrinque 2. Pro *Laniariis* diastema. *Pedes* exserti: aut distincti aut dermopteri. *Digiti* unguiculati. *Mammae* apertae.

A. *Claviculis completis.*

77. CASTOR. *Dent. prim.* cuneati; *mol.* complicati utrinque utrinsecus 4. *Pedes* 5-dactyli: postici palmati.
78. LEMMUS. *Dent. prim.* inferiores compressi acuti; *mol.* lamellosi utrinque utrinsecus 3. *Pedes* fissi: antici digitis 5 aut 4 cum verruca hallucari; postici 5-dactyli.
79. SPALAX. *Dent. prim.* cestriformes; *mol.* utrinque utrinsecus 3—4. *Auriculae* nullae. *Sacculi bucc.* nulli. *Pedes* 5-dactyli fissi.
80. SACCOPHORUS. *Dent. prim.* cestriformes; *mol.* obducti supra utrinsecus 5, infra 4. *Auriculae* parvae. *Sacculi* bucc. ampli. *Pedes* 5-dactyli fissi.
81. LONCHERES. *Dent. prim.* inferiores compressiusculi;

mol. complicati utrinque utrinsecus 4. *Labrum* fissum. *Corpus* supra spinis laminaribus tectum. *Pedes* fissi.

Myoxus. *Dent. prim.* inferiores compressi; *mol.* obducti utrinque utrinsecus 4. *Pedes* fissi. *Cauda* villosa teretiuscula.

Hydromys. *Dent. prim.* cuneati; *mol.* complicati utrinque utrinsecus 2. *Pedes* 5-dactyli; postici palmati.

Capromys. *Dent. prim.* cuneati; *mol.* complicati utrinque utrinsecus 4. *Pedes* fissi: antici 4-dactyli cum verruca hallucari, postici 5-dactyli plantigradi.

Mus. *Dent. prim.* inferiores compressi; *mol.* obducti utrinque utrinsecus 3. *Labrum* fissum. *Pedes* fissi. *Cauda* squamulata, annulata, nudiuscula.

Cricetus. *Dent. prim.* inferiores compressi; *mol.* complicati utrinque utrinsecus 3. *Sacculi bucc.* interni. *Pedes* fissi. *Cauda* annulata nudiuscula.

Saccomys. *Dent. prim.* inferiores compressi; *mol.* complicati utrinque utrinsecus 4. *Sacculi bucc.* externi. *Pedes* 5-dactyli fissi. *Cauda* nudiuscula.

Pedetes. *Dent. prim.* cuneati; *mol.* complicati utrinque utrinsecus 4. *Antipedes* 5-dactyli; *scelides* antipedibus triplo longiores 4-dactylae. *Cauda* longissima floccosa.

Dipus. *Dent. prim.* infer. compressi; *mol.* obducti utrinque utrinsecus 3 vel supra 4. *Labrum* bilobum. *Antipedes* 4-5-dactyli; *scelides* antipedibus longiores, 3-4-5-dactylae. *Cauda* elongata.

Aclacodus. *Dent. prim.* superiores antice sulcis duobus exarati; *mol.* complicati utrinque utrinsecus 2. *Auriculae* maximae. *Pedes* 4-dactyli fissi.

Arctomys. *Dent. prim.* inferiores compressiusculi; *mol.* obducti supra utrinsecus 5, infra 4. *Auriculae* breves aut nullae. *Pedes* fissi: antici digitis 4 et verruca hallucari, postici digitis 5. *Cauda* brevis.

Sciurus. *Dent. prim.* infer. subulati; *mol.* obducti supra utrinsecus 5, infra 4. *Labrum* fissum. *Pedes* distincti fissi. *Cauda* elongata villosa.

Pteromys. *Dentes* Sciuri. *Pedes* dermopteri.

Chiromys. *Dent. prim.* compressi; *mol.* supra utrinsecus 4, infra 3. *Pedes* 5-dactyli fissi: postici manibus instructi.

B. *Claviculis nullis.*

Hystrix. *Dent. prim.* cuneati. *Corpus* spinis pilisque tectum.

96. Lepus. *Dent. prim.* duplicati; *mol.* utrinque utrinsecus 6, infra 5. *Cauda* brevissima.
97. Lagomys. *Dent. prim.* duplicati; mol. utrinque utrinsecus 5. *Cauda* nulla.
98. Hydrochoerus. *Dent. prim.* cuneati. *Pedes* semipalmati. *Ungues* ungulaeformes.
99. Dasyprocta. *Dent. prim.* inferiores compressiusculi. *Pedes* fissi: antici digitis 4, postici tribus. *Mammae* ventrales numerosae.
100. Cavia. *Dent. prim.* infer. compressiusculi. *Sacculi bucc.* nulli. *Pedes* ut in Dasyprocta. *Mammae* ventr. duae.
101. Coelogenys. *Dent. prim.* infer. compressiusculi! *Sacculi bucc.* et antra genarum profunda. *Pedes* fissi: postici 5-dactyli.

VI. BRUTA.

Dentes mono-dimorphi; *primores* nulli. *Pedes* exserti distincti. *Digiti* unguiculati. *Mammae* apertae.

A. *Genitalibus ab ano discretis.*

102. Bradypus. *Dentes lan.* solitarii.
103. Megatherium. *Laniarii* nulli; *mol.* utrinque utrinsecus 4.
104. Dasypus. *Lan.* nulli; *mol.* obducti copiosi. *Corpus* cataphractum.
105. Orycteropus. *Lan.* nulli; *mol.* fibrosi. *Corpus* pilosum.
106. Myrmecophaga. *Dentes* nulli. *Lingua* longissima emissilis. *Corpus* pilosum.
107. Manis. *Dentes* nulli. *Corpus* squamatum.

B. *Cloacâ.*

108. Echidna. *Corpus* spinis tectum.
109. Ornithorhynchus. *Rostrum* anatinum.

VII. BELLUAE.

Dentes di-trimorphi: *primores* supra 0 — 6. *Pedes* exserti distincti. *Digiti* ungulati. *Mammae* apertae.
110. Elephas. *Dent. prim.* supra 2 exserti; *mol.* lamellosi utrinque utrinsecus 2. *Nasus* proboscis mobilis.
111. Mastodon. *Dent. prim.* supra 2 exserti; *mol.* complicati tuberculis conicis muniti.
112. Tapirus. *Dent. prim.* utrinque 6; *lan.* solitarii; *mol.* supra utrinsecus 7, infra 6, complicati, collibus rectilineis transversis. *Antipedes* 4-, *scelides* 3-dactylae.

115. Palaeotherium. *Dent. prim.* utrinque 6; *lan.* solitarii; *mol.* utrinque utrinsecus 7 complicati: inferiores lunulis duplis distincti. *Pedes* tridactyli.

114. Lophiodon. *Dent. prim.* utrinque 6; *lan.* solitarii; *mol.* utrinque utrinsecus 7: inferiores collibus transversis distincti.

115. Rhinoceros. *Dent. prim.* supra 0—4; *lan.* nulli; *mol.* utrinque utrinsecus 7. *Cornua* 1—2 naso imposita. *Pedes* tridactyli.

116. Elasmotherium. *Dent. mol.* lamellosi, infra utrinsecus 4.

117. Hyrax. *Dent. prim.* supra 2, infra 4; *lan.* nulli; *mol.* utrinque utrinsecus 7. *Antipedes* 4-, *scelides* 3-dactylae.

118. Dicotyles. *Dent. prim.* supra 4, infra 6; *lan.* inclusi; *mol.* utrinque utrinsecus 6. *Antipedes* 4-, *scelides* 3-dactylae. *Glandula* lumbaris. *Cauda* nulla.

119. Sus. *Dent. prim.* supra 4, infra 6; *lan.* exserti recurvi; *mol.* complicati. *Pedes* 4-dactyli, digitis tantum duobus insistentibus. *Cauda* brevis.

120. Phacochoerus. *Dent. prim.* utrinque 0 vel supra 2, infra 6; *lan.* exserti; *mol.* lamellosi. *Pedes* 4-dactyli, digitis 2 insistentibus. *Cauda* brevis.

121. Hippopotamus. *Dent. prim.* utrinque 4; *lan.* solitarii: inferiores elongati recurvi. *Corpus* setis raris obsitum. *Pedes* 4-dactyli, digitis omnibus insistentibus.

122. Anoplotherium. *Dent. omnes* continui; *mol.* utrinque utrinsecus 7: postici 4 utrinsecus supra quadrati, infra lunulis duplis triplisve notati. *Pedes* didactyli.

123. Xiphodon. *Dentium mol.* inferiorum anteriores elongati compressi, postici tuberculati. *Pedes* didactyli.

124. Dichobune. *Dent. mol.* inferiores tuberculis biseriatis per paria sulcis transversis disjunctis. *Pedes* didactyli.

125. Adapis. *Dentium mol.* inferiorum primi 3 sectorii, reliqui 4 tuberculati. *Pedes* didactyli.

126. Equus. *Pedes* monodactyli.

VIII. PECORA.

Dentes dimorphi: *primores* supra nulli, infra 8 vel 6. *Diastema* inter primores et molares. *Pedes* exserti distincti bisulci. *Digiti* ungulati. *Mammae* apertae ventrales.

127. Camelus. *Dent. prim.* supra 2, infra 6; *lan.* solitarii; *mol.* supra utrinsecus 6, infra 5. *Cornua* vel *cerata* nulla. *Dorsum* topho unico vel duobus.

128. Lama. *Dent. prim.* et *lan.* ut in Camelo; *mol.* supra

utrinsecus 5, infra 4. *Cornua* aut *cerata* nulla. *Dorsum* topho nullo.

129. Moschus. *Dent. prim.* infra 8; *lan.* supra exserti. *Sinus lacrymales*, *cornua* aut *cerata* nulla.

130. Cervus. *Cerata* duo frontalia decidua ossea. *Sinus lacrymales.*

131. Camelopardalis. *Cerata* frontalia perennia simplicia pelle obducta. *Sinus lacrymales* nulli.

132. Antilope. *Cornua* persistentia cornea cava vaginantia teretia acuta.

133. Capra. *Cornua* persistentia cornea cava vaginantia angulata transversim striata aut nodosa.

134. Bos. *Cornua* persistentia cornea cava vaginantia teretiuscula lunata sub-laevia. *Sinus lacr.* nulli.

IX. CETE.

Dentes varii vel nulli, Balaenis *elasmia*. *Pedes* antici retracti pinniformes, postici compedes aut nulli. *Mammae* apertae pectorales aut ventrales.

A. *Artubus ventralibus in caudam plagioplateam connatis.*

135. Manatus. *Dent. prim.*, et *lan.* nulli; *mol.* complicati utrinque utrinsecus 4.

136. Halicore. *Dent. prim.* supra 2 exserti.

137. Rytina. *Dent. prim.* et *lan.* nulli; *mol.* utrinque utrinsecus solitarius, e laminis infra convergentibus compositus.

B. *Artubus ventralibus nullis.*

138. Delphinus. *Dentes* numero varii. *Spiracula* juncta in unum verticale lunatum.

139. Monodon. *Dentes* supra 2 exserti elongati rectà porrecti. *Spiracula* in unum juncta occipitale.

140. Physeter. *Dentes* supra nulli, infra magni conici. *Spiracula* juncta in unum, aut in margine rostri aut in nuchâ situm.

141. Balaena. *Dentium* loco elasmia.

CAROLI A LINNE
SYSTEMA MAMMALIUM.

Secundum editionem XII. *Systematis Naturae.*

I. PRIMATES.

Dentes Primores incisores: superiores IV paralleli. *Mammae* pectorales II.

1. HOMO. 2. SIMIA. 3. LEMUR. 4. VESPERTILIO.

II. BRUTA.

Dentes Prim. nulli utrinque.

5. ELEPHAS. 6. TRICHECHUS. 7. BRADYPUS. 8. MYRMECOPHAGA. 9. MANIS. 10. DASYPUS.

III. FERAE.

Dentes Prim. superiores sex, acutiusculi. *Canini* solitarii.

11. FERAE. 12. CANIS. 13. FELIS. 14. VIVERRA. 15. MUSTELA. 16. URSUS. 17. DIDELPHIS. 18. TALPA. 19. SOREX. 20. ERINACEUS.

IV. GLIRES.

Dentes Prim. bini supra et infra approximati, a molaribus remoti. *Laniarii* nulli.

21. HYSTRIX. 22. LEPUS. 23. CASTOR. *CAVIA. 24. MUS. 25. SCIURUS. 26. NOCTILIO.

V. PECORA.

Dentes Prim. superiores nulli; inferiores VI aut VIII. a molaribus remotissimi. *Pedes* ungulati. *Mammae* inguinales.

27. CAMELUS. 28. MOSCHUS. 29. CERVUS. 30. CAPRA. 31. OVIS. 32. BOS.

VI. BELLUAE.

Dentes Prim. obtuse truncati. *Pedes* ungulati.

33. EQUUS. 34. HIPPOPOTAMUS. 35. SUS. 36. RHINOCEROS.

VII. CETE.

Spiracula supra Caput. *Pinnae* pectoralis caudalisque horizontalis absque unguibus.

37. MONODON. 38. BALAENA. 39. PHYSETER. 40. DELPHINUS.

GEORGII CUVIER SYSTEMA MAMMALIUM.

Secundum editionem I. *Regni Animalis.*

A. *Unguiculata.*

† *Dentibus trimorphis.*

I. BIMANA. Maniculis solis manibus.
HOMO.

II. QUADRUMANA. Podiis omnibus manibus.
1. SIMIAE. Dentibus incisoriis utrinque 4 erectis; caninis omnibus planis.
α. Simiae orbis antiqui.
PITHECUS, CERCOPITHECUS, PAPIO (INUUS et MACACUS), CYNOCEPHALUS, MAIMON, PONGO.
β. Simiae orbis novi.
αα. Cebi.
MYCETES, ATELES, CEBUS, CALLITHRIX, PITHECIA.
ββ. Arctopitheci.
HAPALE.
2. LEMURINI. Dentibus incisoriis aut supra vel infra a numero 4 discrepantibus, aut procumbentibus.
LEMUR, INDRI, LORI, GALAGO, TARSIUS.

III. CARNIVORA. Maniculis nunquam manibus.
1. CHIROPTERA. Membranâ inter extremitates 4 digitosque expansâ.
α. Vespertiliones. Antipedum brachio, antibrachio digitisque praeter modum elongatis.
αα. Frugivora.
PTEROPUS, CEPHALOTES.
ββ. Insectivora.
MOLOSSUS; NYCTINOMUS, STENODERMA, NOCTILIO, PHYLLOSTOMA, MEGADERMA, RHINOLOPHUS, NYCTERIS, RHINOPOMA, TAPHOZOUS, VESPERTILIO, PLECOTUS.
β. Galeopitheci. Maniculorum digitis non magis elongatis quam podariorum.
Galeopithecus.
2. INSECTIVORA. Membranis lateralibus nullis; dentibus molaribus cuspidatis.
α. Dentibus incisoriis anticis 2 longis, posticis brevibus; laniariis parvis.

Erinaceus, Sorex, Mygale, Scalops, Chrysochloris.

β. Dentibus incis. parvis inter laniarios majores locatis.

Centetes, Talpa.

●3. *Carnivora genuina.* Dentibus incis. (utplurimum 6) inter laniarios constipatis; molaribus certe ex parte sectoriis.

α. *Plantigrada.* Pedibus plantigradis.

Ursus, Procyon, Nasua, Cercoleptes, Meles, Gulo.

β. *Digitigrada.* Pedibus digitigradis.

αα. *Vermiformia.*

Mustela (Putorius, Martes), Mephitis, Lutra.

ββ. *Vulgaria.*

Canis, Viverra, Genetta, Herpestes, Ryzaena, Hyaena, Felis.

γ. *Amphibia.* Pedibus brevibus obvolutis.

Phoca, Otaria, Trichechus.

4. Marsupialia. Mammis (plerumque) in marsupio osse peculiari suffulto inclusis.

α. Pollice podariorum distincto exunguiculato.

Didelphys, Chironectes, Dasyurus, Perameles

β. Dentibus incisoriis infra 2 longis; laniariis infra nullis subnullisve.

Phalangista, Petaurus.

γ. Laniariis infra nullis; pollice podariorum non distincto.

Hypsiprymnus.

δ. Laniariis nullis.

Macropus.

ε. Incisoribus infra 2 longis absque laniariis, supra 2 longis cum pluribus lateralibus parvis laniariisque 2 minutis.

Koala.

ζ. Incisoriis utrinque 2 longis.

Phascolomys.

†† *Dentibus laniariis nullis; incisoribus 2 magnis a molaribus diastemate lato discretis.*

V. GLIRES.

1. Claviculis perfectis.

Castor, Arvicola, Fiber, Georychus, Echimys, Myoxus, Hydromys, Mus, Cricetus, Dipus, Spalax,

ORYCTERES, PEDETES, ARCTOMYS, SCIURUS, PTEROMYS, CHEIROMYS.

2. Claviculis imperfectis nullisve.
HYSTRIX, LEPUS, LAGOMYS, HYDROCHOERUS, ANOMA, CHLOROMYS, COELOGENUS.

†††† *Dentibus incisoriis nullis.*

V. EDENTATA.

1. *Tardigrada.* Rostro brevi.
BRADYPUS.
2. *Edentata genuina.* Rostro producto.
DASYPUS, ORYCTEROPUS, MYRMECOPHAGA, MANIS.
3. *Monotrema.* Cloacâ, excrementa, urinam, semen tusque excipiente.
ECHIDNA, ORNITHORHYNCHUS.

B. *Ungulata.*

† *Non ruminantia.*

VI. PACHYDERMATA.

1. PROBOSCIDEA. Proboscide; dentibus primoribus exsertis; podiis 4 pentadactylis.
ELEPHAS, MASTODON.
2. PACHYDERMATA GENUINA. Podiis tetra-, tri- vel dactylis.
α. Digitis 2 aut 4.
HIPPOPOTAMUS, SUS, PHACOCHOERUS, DICOTYLES, ANOPLOTHERIUM.
β. Digitis 3.
RHINOCEROS, HYRAX, PALAEOTHERIUM, TAPIRUS.
3. SOLIPEDIA. Podiis monodactylis.
EQUUS.

†† *Ruminantia.*

VII. RUMINANTIA.

1. Cornibus ceratibusve nullis.
CAMELUS, LAMA, MOSCHUS.
2. Ceratibus.
CERVUS, CAMELOPARDALIS.
3. Cornibus.
ANTILOPE, CAPRA, OVIS, BOS.

C. *Artubus pectoralibus pinniformibus.*

VIII. CETACEA.

1. Herbivora. Dentium coronâ planâ.
   Manatus, Halicore, Stellerus.
2. Cete. Dentibus ad masticationem aptis nullis.
   α. Capite mediocri.
   Delphinus, Phocaena, Delphinapterus, Hyperoodon, Monodon.
   β. Capite maximo.
   Catodon, Physeter, Balaena, Balaenoptera.

CAROLI ILLIGER
SYSTEMA MAMMALIUM.

Secundum Prodromum Systematis Mammalium et Avium.

SYNOPSIS ORDINUM.

A. Pedes exserti distincti.

a. Manicula aut podaria pollice distincto vel lamnato vel exunguiculato.

1. Maniculum solum manus. Incessus erectus plantigradus	I. Erecta.
2. Podarium semper, maniculum saepius quoque manus	II. Pollicata.

b. Podia pollice distincto nullo.

3. Pedes saltatorii. Digiti falculati, scelidum duo coadunati. Mastotheca. Dentes primores supra 6 vel 8, infra 2; lan. aut nulli aut ambigui superiores; molares complicati	III. Salientia.
4. Digiti falculati, interdum subungulati. Dentes prim. utrinque 2; pro laniariis diastema; Molares abrupti, aut obducti, aut complicati, aut lamellosi	IV. Prensiculantia.
5. Pedes ungulis aut lamnis 3—5. Dentes prim. et lan. varii, alterutri saepius nulli (at nunquam primores	

utrinque bini cum diastemate pro laniariis consociati; mol. complicati aut lamellosi . . . . . V. MULTUNGI

6. Pedes solidunguli. Molares abrupti . . . . . VI. SOLIDUNG

7. Pedes bisulci aut subbisulci. Dentes primor. bisulcis supra nulli, subbisulcis pauci; infra utrisque 6 — 8. Molares abrupti complicati . . . . . VII. BISULCA.

8. Digiti falculati. Dentes prim. nulli, lan. solitarii. Molares obducti . . . . . VIII. TARDIG

9. Digiti falculati aut sublamnati. Dentes prim. et lan. nulli. Molares obducti, aut fibrosi aut os edentulum . . . . . IX. EFFODIEN

10. Digiti falculati. Dentes aut omnino, aut injuncti, nulli. Mammae nullae. Cloaca . . . . . X. REPTANTIA

11. Digiti falculati. Patagium lumbare et anale. Dentes prim., lan., mol. obducti . . . . . XI. VOLITANTI

12. Digiti falculati. Pedes ambulatorii, aut fossorii, aut subretracti et palmati posticis lateralibus. Dentes prim., lān., mol. obducti . XII. FALCULAI

B. Pedes retracti obvoluti, postici aut retrorsum versi, aut compedes, aut nulli.

13. Pedes palmati, postici distincti retrorsum versi . . . . . XIII. PINNIPEI

14. Pedes postici compedes aut nulli, antici pinniformes . . . . . XIV. NATANTI

CONSPECTUS FAMILIARUM.

I. ERECTORUM.

Fam. 1. ERECTA. Antipedes soli manus. Incessus tus plantigradus.

HOMO.

II. POLLICATORUM.

2. QUADRUMANA. Omnia podia manus. Dentes pri utrinque 4, approximati.

Simia, Hylobates, Lasiopyga, Cercopithecus, Cynocephalus, Colobus, Ateles, Mycetes, Pithecia, Aotus, Callithrix, Hapale.

3. Prosimii. Omnia podia manus, digito indice postico falculâ subulatâ. Dentes prim. supra 4 bigemini, infra 6.

Lichanotus, Lemur, Stenops.

4. Macrotarsi. Omnia podia manus, digito indice postico falculâ subulatâ. Metatarsi tibiâ longiores. Dent. prim. supra 4, approximati, aut 2 discreti, infra 2 vel 6.

Tarsius, Otolicnus.

5. Leptodactyla. Podarium manus. Maniculorum digiti medii duo elongati graciles. Dentes prim. utrinque 2. Pro laniariis diastema.

Chiromys.

6. Marsupialia. Podarium manus. Mastotheca. Dentes varii.

Didelphys, Chironectes, Thylacis, Dasyurus, Amblotis, Balantia, Phalangista, Phascolomys.

III. SALIENTIUM.

7. Salientia. Pedes saltatorii pollice nullo, scelidum digiti 2 coadunati. Mastotheca. Dentes prim. supra 6 vel 8, infra 2. Laniarii ambigui aut nulli.

Hipsiprymnus, Halmaturus.

V. PRENSICULANTIUM.

8. Macropoda. Pedes saltatorii. Dentes mol. obducti aut complicati, supra infraque 8 aut 6.

Dipus, Pedetes, Meriones.

9. Agilia. Antipedes 4-dactyli et verrucâ hallucari. Molares obducti supra 10 vel 8, infra 8. Cauda longa villosa plerumque disticha.

Myoxus, Tamias, Sciurus, Pteromys.

10. Murina. Antipedes 5-dactyli vel 4-dactyli et verrucâ hallucari. Molares obducti supra 10, 8, 6, infra 8, 6. Cauda vel elongata pilosa, vel nudiuscula annulata, vel brevis.

Arctomys, Cricetus, Mus, Spalax, Bathyergus.

11. Cuniculania. Pedes 5-dactyli digitis fissis. Molares lamellosi aut complicati utrinque 6. Corpus pilosum. Cauda pilosa.

Georichus, Hypudaeus, Fiber.

12. Palmipeda. Scelides palmatae, 5-dactylae. Molares complicati supra 4 aut 10, infra 4 aut 8.

Hydromys, Castor.

13. ACULEATA. Molares complicati utrinque 10. Corpus aculeatum.
HYSTRIX, LONCHERES.

14. DUPLICIDENTATA. Molares lamellosi, supra 12, infra 10. Primores superiores a tergo duplicati.
LEPUS, LAGOMYS.

15. SUBUNGULATA. Molares lamellosi aut complicati, utrinque 8. Corpus pilosum. Ungues subungulati, aut falculati in scelidibus tridactylis.
COELOGENYS, DASYPROCTA, CAVIA, HYDROCHOERUS.

V. MULTUNGULORUM.

16. LAMNUNGUIA. Pedes lamnati. Rhinarium. Dentes prim. supra 2, infra 4. Molares plures complicati.
HYRAX, LIPURA.

17. PROBOSCIDEA. Pedes lamnati. Proboscis. Dentes primores supra 2 ascendentes exserti, infra nulli. Molares lamellosi, ad summum 4 utrinque.
ELEPHAS.

18. NASICORNIA. Ungulae 3, insistentia. Cornua nasalia 1 — 2.
RHINOCEROS.

19. OBESA. Ungulae 4 insistentes. Dentes primores supra 4, infra 4, procumbentes. Laniarii inclusi.
HIPPOPOTAMUS.

20. NASUTA. Ungulae antipedum 4, scelidum 3 insistentes. Proboscis. Dentes prim. utrinque 6. Laniarii paullo longiores inclusi.
TAPIRUS.

21. SETIGERA. Ungulae 2 insistentes et 2 aut 1 succenturiatae. Proboscis detruncata marginata. Laniarii exserti.
SUS.

VI. SOLIDUNGULORUM.

22. SOLIDUNGULA. Pedes monodactyli ungulâ integrâ.
EQUUS.

VII. BISULCORUM.

23. TYLOPODA. Pedes subbisulci. Dentes prim. supra 2 infra 6 vel 8. Laniarii superiores.
CAMELUS, AUCHENIA.

24. DEVEXA. Cerata frontalia perennia simplicia recta cute obducta, fasciculo pilorum terminata. Ungulae succenturiatae.
CAMELOPARDALIS.

25. Capreoli. Aut Cerata decidua, aut ubi desunt vel laniarii superiores exserti, vel ungulae succenturiatae binae.
Cervus, Moschus.

26. Cavicornia. Cornua vaginantia. Laniarii nulli.
Antilope, Capra, Bos.

VIII. TARDIGRADORUM.

27. Tardigrada. Pedes falculati. Dentes prim. nulli. Laniarii. Molares obducti.
Bradypus, Choloepus, Prochilus.

IX. EFFODIENTIUM.

28. Cingulata. Truncus loricâ cingulis intersectâ tectum.
Tolypeutes, Dasypus.

29. Vermilinguia. Dentes aut omnino nulli aut soli molares fibrosi.
Orycteropus, Myrmecophaga, Manis.

X. REPTANTIUM.

30. Reptantia. Digiti falculati. Dentes veri nulli. Mammae nullae. Cloaca.
Tachyglossus, Ornithorhynchus, ?Pamphractus.

XI. VOLITANTIUM.

31. Dermoptera. Pedes dermopteri.
Galeopithecus.

32. Chiroptera. Pedes chiropteri.
Pteropus, Harpyia, Vespertilio, Nycteris, Rhinolophus, Phyllostomus, Noctilio, Saccopteryx, Dysopes.

XII. FALCULATORUM.

33. Subterranea. Pedes plantigradi. Dentes primores varii. Laniarii ambigui. Molares cuspidati.
Erinaceus, Centetes, Sorex, Mygale, Condylura, Chrysochloris, Scalops, Talpa.

34. Plantigrada. Pedes plantigradi. Dentes prim. utrinque 6; lan. solitarii distincti longiores. Molares aut omnes tuberculati, aut sectorii et postici tritorii majores tuberculati.
Cercoleptes, Nasua, Procyon, Gulo, Meles, Ursus.

35. Sanguinaria. Pedes digitigradi. Dentes prim. supra 6, infra 6 in eadem serie collocati, laniarii solitarii distincti, longiores. Molares sectorii, postremi minores tritorii tuberculati.

MEGALOTIS, CANIS. HYAENA, FELIS, VIVERRA, RHIZAENA.

36. GRACILIA. Pedes digitigradi, nonnullis subretracti palmati. Dentes prim. supra 6, infra 6 secundo utrinque interiore, aut 4. Laniarii solitarii distincti, elongati. Molares sectorii, postremi tritorii tuberculati.
HERPESTES, MEPHITIS, MUSTELA, LUTRA.

XIII. PINNIPEDIUM.

37. PINNIPEDIA. Pedes retracti, postici pinniformes distincti retrorsum versi.
PHOCA, TRICHECHUS.

XIV. NATANTIUM.

38. SIRENIA. Artus antice apparentes brachiiformes aut falculis aut ungulâ terminati, postici compedes.
MANATUS, HALICORE, RYTINA.

39. CETE. Pinnae pectorales. Artus postici nulli. Cauda pedalio aucta. Spiracula.
BALAENA, CERATODON, ANGILODON, PHYSETER, DELPHINUS, UDANODON.

MAMMALIA *).

ANIMALIA vertebrata, cerebro amplo corpore calloso subornato, pulmonibus respirantia, sanguine rubro calido, corde biloculari et biaurito, diaphragmate, mammis, cute vel pilosâ vel glabrâ instructa, vivipara, lactantia.

I. PRIMATES **).

Dentes primores supra 2 ad 4, infra 2 ad 6. *Laniarii* distincti aut ambigui. *Molares* obducti, tritores.

Pedes exsertis absoluti, distincti vel demopteri. *Podia* omnia vel manicula vel podaria pollice distincto. *Digiti* unguiculati. *Mammae* apertae pectorales. *Genitalia* ab ano exterius discreta (*cole* libero pendulo).

Pedibus distinctis.

A. Maniculis solis manibus. BIMANA *Auct.*

1. HOMO ***).

Dentes omnes continui, approximati (plerumque) erecti, sub-aequales. *Primores* $^4/_4$, incisores. *Lan.* $^{1-1}/_{1-1}$, distincti, unicuspides. *Mol.* $^{5-5}/_{5-5}$: duo anteriores bituberculati, tres posteriores quadri-tuberculati.

Caput angulo faciali inter 70 et 90°. *Mentum* prominu-

*) *Mammalia Linn.* et *Al. Mastozoa De Blainv.*

**) *Primates* (part.) *Linn.* et *Al. Bimana* et *Quadrumana Cuv.* et *Al Erecta Pollicata* (part.) *et Volitantia Dermoptera Illig.* et *Al.*

***) *Homo Linn.* et *Al.*

lum. *Pedes* pentadactyli. *Antipedum* maniculum manus est; scelidum carnosarum podarii hallux reliquis digitis major et anterior. *Ungues* omnes lamnae. *Incessus* erectus, plantigradus. *Mammae* duae. *Cauda* nulla.

Poliphagus, cosmopolita.

1. H. *Japeticus Bory*; mediocris, torosus, albus, cute plus minus incarnata (saepius fuscescente); capillis prolixis (saepe cincinnatis), e flavido in atrum variantibus; angulo facciali 85-90°; vertice rotundato; facie ovali; fronte apertâ; superciliis plus minus arcuatis; oculis magnis, ciliis longiusculis densisque: arcubus zygomaticis molliter complanatis; naso prominulo sub-recto; auriculis parvis appressis; ore mediocre; dentibus erectis; labiis tenuioribus; barbâ uberiore; mammis hemisphaericis; femoribus versus genua attenuatis; suris distinctis. *Bory de St. Vinc.* in *Dict. class. VIII. p.* 281. 1. H. *sapiens*, α *Europaeus Linn. Syst. Nat.* 12. *I. p.* 28. — *ed. Gmel. I. p.* 22. *Erxl. Syst. p.* 2, δ. *Albin. Tab. oss. hum. t.* 1. *f.* 1, 2, 3. H. *sapiens, var. Caucasica Blumenb. Handb.* 10. *p.* 68. 1. *Abbild. t.* 3 *et* 51. *Homme* 1*e espèce, race blanche Virey* in *Nouv. Dict. XV. p.* 155. *Celto-scythe-arabes Desmoul. Tab. méth. du genre Homme. Europäer Camp. Gesichtsc. t.* 2. *f.* 1.

α. a) *Caucasicus* (*Orientalis*); mediocris, sanguineus aut phegmaticus; cute candidâ laevissimâ; capillitio (plerumque) atro sericeo cincinnato; superciliis arcuatis tenuissimis; facie ovali. *Race Caucasique Bory l. c. p.* 283. β. *Blumenb. Dec. cran. III. t.* 21.

Feminae pulcritudine celebratae. *Georgii, Abasi, Tscherkessii.*

b) *Pelagius* (*Meridionalis*); mediocris, sanguineus et biliosus; cute minus incarnatâ leviter fuscescente; capillis longissimis sericeis castaneis; capite minori; facie ovali, magis elongata, deorsum attenuatâ; superciliis transversis rectis; oculis maximis; naso rectissimo nec basi inter oculos impresso; cruribus inferne minus teneris. *Race Pélage* (*Méridionale*) *Bory l. c. p.* 284. γ. *Blumenb. Dec. cran. IV. t.* 32.

Veteres Graeci et Romani et ipsorum progenies.

c) *Celticus* (*Occidentalis*); major, biliosus et lymphaticus, cute (plerumque) pallide flavicante passim pilosâ; capillo breviori; denso, saturate castaneo aut fusco; fronte lateribus plus minus convexâ; oculis mediocribus fuscis canisve; naso basi inter oculos impresso, haud recto; barbâ confertâ rigidiusculâ; cruribus inferne tenuibus; suris distinctissimis; plantis parvis. *Race Celtique Bory l. c. p.* 285. γ.

Veteres Galli; Vascones Hispaniae, Scoti, Armorici etc.

d) *Germanicus* (*Borealis*); magnus, torosissimus, phleg-

maticus et lymphaticus aut sanguineus, cute candidâ, saepe laetius incarnatâ; capillis teneris flavicantibus; oculis caeruleis; facie rotundatâ. *Race Germanique δ, variété Tentone Bory l. c. p.* 286.

Germani, Batavi, Britanni, Dani, Sueci, Islandi.

ε) *Slavonicus (intermedius)*; major vel mediocris, torosus, phlegmaticus et lymphaticus; cute minus candidâ, saepe flavicante; capillis utplurimum rudioribus; facie planiore; oculis profundis glaucinis; ossibus jugalibus prominulis; naso (haud raro) subsimo. *Race Germanique, variété Slavone Bory l. c. p.* 287. *Homo sapiens, var. Caucasica Blumenb. Dec. cran. III. t.* 22.

H. Mongolico proximus. *Bohemi, Poloni, Lithuani, Curones, Rossi etc.*

β. *Arabicus*; major (feminis pusillis), biliosus et sanguineus; cute aeneo-fuscescente laevigatâ; capillitio elongato, laevi, sub-rudi; atro; vertice elevatissimo; facie ovali utrinque attenuata; fronte vastâ; naso tenui, acuminato, aquilino; oculis magnis, atris vel saturate fuscis; mento acuminato. Homo *Arabicus Bory l. c. p.* 288. 2. H. *sapiens, var. Caucasica Blumenb. Dec. cran. I. t.* 1, 2; *III. t.* 28; *IV. t.* 31, 32; *V. t.* 51, 52.

α) *Atlanticus (Occidentalis). Race Atlantique Bory l. c. p.* 290. α.

Veteres Phoenicii, Numidae, Guanchi; inquilini montium Barbariae etc.

b) *Adamicus (Orientalis). Race Adamique Bory l. c. p.* 291. β.

Sinynii, prisci Aegyptii, Judaei, Armenii, Arabes etc.

γ. *Indicus*; parvus; cute saturate luteâ, capillitio longo, complanato, aterrimo, nitido; facie sub-ovali; vertice rotundato; oculis rotundis majusculis nigris aut saturate fuscis; superciliis arcuatis tenuibus; naso prominente rotundato; ore mediocri; labiis tenuissimis; barbâ rariusculâ; artubus elongatis. Homo *Indicus Bory l. c. p.* 294. 3.

Indigena Indiae orientalis.

2. H. *Neptunianus Bory*; mediocris, torosus, badius (in lateritium, flavidum, albidum, cinereum nigrumve migrans); capillis longis, rectis, atris, nitidis, vertice rotundato; facie ovali; fronte apertâ; arcubus zygomaticis leviter prominulis; oculis inter sese paululo remotioribus quam in Japetico, cantho temporali aliquantulum altiore, iride aterrimâ, corneâ flavicante; naso prominulo rectiusculo; ore mediocri; dentibus erectis; labiis tenuioribus; cavo oris laete violaceo; barbâ rigidiusculâ haud minus densâ; mammis haemisphaericis; artubus elegantulis; pedibus (s. plantis) parvis. *Bory in Dict. class. VIII. p.* 302.

7. *et p.* 303. *α. Race Malaise (Occidentale).* H. *sapiens Asiaticus Linn. Syst. Nat.* 12. *I. p.* 28. — *ed. Gmel. I. p.* 23. *Erxl. Syst. p.* 2. *γ.* H. *sapiens, var. Malayana Blumenb. Handb.* 10. *p.* 69. 5. *Dec. cran. IV. t.* 39; *V. t.* 49. *Homme, espèce 2de, race brune foncée Viereck in Nouv. Dict. XV. p.* 153 *et p.* 165. *Malays ou Océaniques Desmoul. Tabl. méth. n.* 6.

Varietati *Indicae* speciei *Japeticae* quam maxime affinis et forte non distinctus. *Inhab. oras Malaccae, insularum Sondaicarum, Moluccarum, Philippinarum, Madagascar etc., fere nusquam in interiora progressus. Hùc videntur etiam spectare Cingari genuini (Blumenb. Dec. cran. II. t.* 11.), *in australioribus Europae vagabundi.*

β. Occidentalis; major; cute minus saturatà magis flavicante; capillitio uberrimo, breviori, applanato; naso latiore; ore amplo; cruribus robustis; plantis largis crassis. *Bory l. c. p.* 306. *β. (Race Océanique ou Occidentale).* Homo *sapiens, var. Malayana Blumenb. Abbild. t.* 4. — *Dec. cran. III. t.* 26; *V. t.* 50. *Cook Dritte Reis. I. figg. p.* 115, 274; *II. figg. p.* 206, 224 *et* 308. *Langsdorff Reis. I. t.* 7 *et* 8. *Kotzebue Entdeck. II. Fig. p.* 16; *III. Fig. titul.*

Incolae Novae Zeelandiae, insularum Societatis, Amicitiae, Sandwici aliarumque in oceano Pacifico dispersarum. Num et veteres Peruani et Mexicani?

γ. Papuensis (hybridus ex *Neptuniano* et *Melanino*); parvulus, gracilis, abdomine protuberante, plus minus saturate fuscus; capillis uberrimis, atris, sub-laneis, sat teneris, crispulis; capite sub-sphaerico; oculorum iride atrà; ossibus jugalibus largis; naso simo; labiis crassis; dentibus quidpiam procumbentibus. *Race intermédiaire ou Papoue Bory l. c. p.* 307. *γ. Papous Quoy et Gaimard Observations sur la constitution physique des Papous in Zool. du Voy. de l'Uranie p.* 1 *et in Ann. des Scienc. nat. VII. p.* 27. *Desmoul. Tabl. méth. n.* 7.

Debilis, timidus. *Inhab. littora insularum Waigiu, Salwaty, Gammew, Batenta partisque borealis Novae Guineae.*

3. H. *Scythicus Bory;* mediocris, torosus, olivaceus; capillitio recto, rigido, applanato, nigro; capite grandi; facie planà latà; fronte rugosà; superciliis largis; oculis parvis profundis, inter sese remotissimis, fuscescentibus; palpebris crassis; arcubus zygomaticis quam maxime protuberantibus; naso praeter modum simo, naribus solis distinctis; dentibus erectis, longioribus, discretis; barbà, praesertim mastace densiusculà; mento elongato acuminato; femoribus crassis; cruribus brevibus valgis. *Bory in Dict. class. VIII. p.* 296. 4 Homo *sapiens. β. Tatarus Erxl. Syst. p.* 1. H. *sapiens, var Mongolica Blumenb. Handb.* 10. *p.* 68. 2. — *Abbild. t.* 1. —

Dec. cran. I. t. 3, 4, 5; *II. t.* 12, 13, 14, 16; *III. t.* 29. *Calmuccus Gaub. et Fisch. Dissert. t.* 1. *Kalmuck Wünsch. Kosmol. Unterh. III. p.* 63, *t.* 1, *n.* 4. *Camper Gesichtsz. t.* 1, *f.* 4; *t.* 3. *f.* 3. *Homme, 1e espèce, race basanée, Kalmouke-Mongol Virey in Nouv. Dict. XV. p.* 153 *et* 158. *Mongols Desmoul. Tabl. méth. n.* 2.

Statura 5 ped. vel paullo plus. *Hab. in Asia a littoribus orientalibus maris Caspii usque ad mare Japonicum et Ochoctzicum et a* 40° *ad* 60° *lat. bor.*

β. Sinicus; mediocris, luteo-fuscus, capillis rectis, rigidis, nigris, macrocephalus; vertice modice prominulo; facie sub-rotunda, medio dilatatà; oculis parvis, angustis, fuscis, obliquis cantho temporali altiore; palpebris crassis, tumidis, nudiusculis; superciliis arcuatis, tenuissimis, atris; arcubus zygomaticis insigniter protuberantibus; naso leviter applanato, pterygiis modice patulis; auriculis magnis praepatulis; labiis crassiusculis, livide rubris; mastace longo sericeo; ore grandi, dentibus erectis; mento parvo sub-imberbi. Homo *Sinicus Bory l. c. p.* 297. 5. *Sinensis Blumenb. Dec. cran. III. t.* 25. *Race basanée, Chinoise Virey l. c. p.* 157.

Tenet maximam partem Asiae, scilicet Sinam, Coream, Japoniam Tunquin, Chochinsinam, Thibet etc.

γ. Hyperboreus; pusillus, sub-torosus, fusco-niger, capillitio recto, applanato, duro, nigro, macrocephalus; capite rotundo; facie planà latissimà; oculis parvis, profundis, nigris, palpebris versus tempora retractis; ossibus zygomaticis fortiter protuberantibus; naso simo nec nimis lato; ore amplo dentibus erectis, sub-discretis; mandibulà prominulà; barbà rariore; mammis pyriformibus prolixis, papillis elongatis rugosis, piceis; cruribus brevioribus, rectiusculis, crassissimis. Homo *hyperboreus Bory l. c. p.* 300. 6. H. *Grönlandus Fabr. Fn. Grönl. p.* 3. 1. H. *sapiens, α. Lappo Erxl. Syst. p.* 1. *H. sap., var. Mongolica Blumenb. Dec. cran. II. t.* 15; *III. t.* 24, 25; *IV. t.* 36, 37; *V. t.* 43. *Lapone-ostiaque Virey l. c. p.* 160. *Cook Dritte Reis. II. figg. p.* 34, 36, 82, 84, 136, 178 *et* 179. — *III. figg. p.* 353 *et* 462. *Kotzebue Entdeckungsreise I. fig. titul., II. fig. titul. E. Sabine Account of the Esquimaux etc. in Journ. of Scienc. XIII. p.* 72. *c. fig.*

Altit. 4½ ped. *Inhab. regiones arcticas Europae, Asiae et Americae.*

4. *Americanus Bory;* mediocris, (plerumque) infumatus (nunc albus, nunc fuscus, nunc sub-niger); capillitio longissimo, nigro, recto, applanato, rudissimo; capite subsphaerico, grandi, humeris immerso; vertice applanato; fronte nirum quantum depressà; arcubus superciliaribus admodum extrorsum relevatis; arcubus zygomaticis valde protuberanti-

bus; oculis parvis languidis; naso simo, pterygiis apertis; ore grandi, dentibus erectis; labiis crassissimis; manibus pedibusque bellis. *Bory in Dict. class. VIII. p.* 311. 10. **H.** *sapiens, var. Americana Blumenb. Dec. cran. V. t.* 46, 47, 48. *Américains Desmoul. Tabl. méth. n.* 11. *Pr. Max Reise t.* 1, 2, 7, 10, 17.

Species adhuc male cognita, forsan tota vel ex parte ad *Scythicam* reducenda. *Autochthones Americae meridionalis, in stirpes innumeras distributi e. g. Omaguae, Guarani, Coroadi, Atures, Otomaqui, Botocudi, Guiacae, Charrucae etc.*

β. Patagonus; colosseus, nigro-fuscus; capillis longissimis, rectis, applanatis, fuscis nigrisve. Homo *Patagonus Bory l. c. p.* 313. 11.

Altit. $5^1/_4$ — 6 ped. et ultra. *Tenet oram orientalem Americae meridionalis extremae infra* 40° *lat. austr.*

5. H. *Columbicus Bory;* magnus, torosus, colore cupreo; capillis nigris, rectis, applanatis, duris, nitidis, mediocribus (aetate non canescentibus); capite elongato ovali; fronte singulariter retropressà; oculis magnis fuscis; naso longo prominente fortiter aquilino; mandibulà praealtà; ore mediocri dentibus erectis; labiis tenuioribus; barbà sub-nullà; mammis sub-hemisphaericis. *Bory in Dict. class. VIII. p.* 309. 9. H. *sapiens, Americanus Linn. Syst. Nat.* 12. *I. p.* 29. — *ed. Gmel. I. p.* 23. *Erxl. Syst. p.* 2. 51. *Blumenb. Handb.* 10. *p.* 69. 4. — *Abbild. t.* 2. — *Dec. cran. I. t.* 9, 10; *II. t.* 20; *IV. t.* 38. *Homme, 1e espèce, race cuivreuse Virey in Nouv. Dict.* XV. *p.* 152 *et p.* 162. *Colombiens Desmoul. Tabl. méth. n.* 10.

Inquilinus Americae borealis, regionum orientalium Mexici, Antillarum, Terrae Firmae et Guyanae, a Cumana usque sub aequatorem.

6. H. *Aethiopicus Bory;* magnus, niger cute holosericeà ex reticulo mucoso Malpighiano crassiore nigroque; capillitio atro, laneo, contortuplicato, calvariâ antrorsum angustissimâ, ad verticem applanatâ, postice rotundatâ; oculis magnis, sub-rotundis, prominulis, semper humectis, corneâ flavicante, iride saturate badiâ nigrâve, ciliis brevissimis; naso simo (ossibus nasalibus sat applanatis); arcubus zygomaticis protuberantibus; auriculis mediocribus patentibus; labiis tumidis fuscescentibus; cavo oris laete rubro; maxillis, maxime inferiore protuberantibus; dentibus incisoribus procumbentibus; mento brevi, rotundato, refugo; barbâ rariusculâ; mammis pyriformibus, lactantibus prolixis; femoribus cruribusque sub-curvatis. *Bory in Dict. class.* VIII. *p.* 314. 12. H. *sapiens, var. Aethiopica Blumenb. Handb.* 10. *p.* 68. 3. — *Abbild. t.* 5. — *Dec. cran.* I. *t.* 6, 7, 8; *dec.* II. *t.* 17, 18, 19; *dec.* III. *t.* 30. H. *sapiens, Afer Linn. Syst. Nat.* 12. I. *p.* 28. — *ed. Gmel.* I.

p. 22. *Erxl. Syst.* p. 2. ε. *Glaub. et Fisch. Dissert. t.* 3. *Neger Camp. Gesichtsz. t.* 2, *f.* 3.; *t.* 4, *f.* 2. *Wünsch Kosmol. Unterh.* III. *p.* 64. *t.* 1. *f.* 3. *Sömmering Ueber die körperl. Verschiedenheit des Negers vom Europäer. Frkf.* 1785. *Homme, 2de espèce, race noire, Nègre Virey in Nouv. Dict.* XV. *p.* 153 *et p.* 168. *'Ethiopien Desmoul. Tabl. meth. n.* 3.

Cerebrum minus nervique origine crassiores quam in praecedentibus, maxime Japetico; calvaria parte nonâ minus ampla, suturis arctioribus; ossa omnia candidissima; os intermaxillare mentumque unum supra alterum inclinata; ossa pelvis latissima. Musculi, sanguis, bilis etc. colore saturatissimo, sudor foetidus, inquinans, vox arguta, stridula. Temperamentum nervoso-phlegmaticum. *Inhab. Africam a fluviis Senegal, Niger etc. inde usque ad circulum tropicum australem.*

β. *Caffer;* magnus (feminis pusillis), cano nigricans; capillitio crispo, minus laneo, atro; calvariâ globosâ; fronte prominulâ apertâ; naso prominente vix simo, imo interdum subarcuato; arcubus zygomaticis leviter protuberantibus; labiis crassis; dentibus erectis. Homo *Caffer Bory l. c. p.* 520. 13. *Kaffern Lichtenst. Reise* II. *Euro-Africains Desmoul. l. c. n.* 4.

Tenet plagam occidentalem Africae australis inter 20 *et* 12°, *atque partem littoralem insulae Madagascar.*

γ. *Melanoides;* mediocris, niger, paullulum luteo-mistus; capillis nigris, densissimis, modice laneis, valde crispis; fronte elevatâ; superciliis densis longis; arcubus zygomaticis sat protuberantibus; naso sub-simo, naribus transversim dilatatis; ore grandi; labiis crassis; mento parvo elegantulo; barbâ rariusculâ; artubus utplurimum sat formosis. Homo *Melaninus* (part.) *Bory l. c. p.* 523. 14. *Papouas Lesson* et *Garnot Mémoire sur les Papouas ou Papous in Ann. des Sc. nat.* X. *p.* 93. *Tasmaniens Eorund. ibid. p.* 149. *Nègres océaniques Desmoul. Tabl. méth. n.* 8. *Cook Dritte Reis.* I. *figg. p.* 62 *et* 66. *La Billard. Voy. t.* 7, 8. *Péron. Voy. Atl. fig.* 4 — 8.

Miseri, bruti. *Inhab. Madagascar* (Madecassi genuini), *littora Novae Guineae, insulas Novam Britanniam, Novam Hiberniam, Bouka, Bougainvillii, Fidji, Salomonis, St. Crucis, Novam Caledoniam etc., nec non terram Van Diemen Novae Hollandiae proximam.*

δ. *Hottentottus;* mediocris, fusco-luteus; capillitio brevissimo, laneo, in cincinnos parvos distributo, nigro; angulo faciali vix 75° explente; fronte maxime sursum prominente; vertice singulariter depresso vel impresso; superciliis distinctissimis crispulis; oculis fuscescentibus obliquis; naso simo; ossibus nasalibus (persaepe) consutis, latissimis, applanatis; arcubus zygomaticis protuberantibus; auriculis potius retrorsum

quam antrorsum inclinatis; maxillis dentibusque quam maxime obliquis; labiis lividis, tumidis, productis; barba rarissimâ; cavitate olecranieâ humeri perfossâ; mammis lactantibus summa prolixis; feminae nymphis elongatis clunibusque insigniter protuberantibus. Homo *Hottentottus Bory l. c. p.* 325. 15. *Bojesmannus Hottentotta Blumenb. Dec. cran.* V. *t.* 55. *Australo-Africains Desmoul. l. c. n.* 5.

Abest omnium proxime a Simiis. *Hab. in parte occidentali Africae australis extra circulum tropicum.*

7. H. *Polynesius;* mediocris, pullus; capillis duris, uberrimis, laxis, atris; facie applanatâ; angulo faciali vix 75°; fronte depressâ et compressissimâ; arcubus superciliaribus zygomaticisque fortiter protuberantibus; oculis majusculis fuscis; palpebris superioribus laxis; naso valde simo, pterygiis latissimis, naribus sub-transversis; auriculis amplis, maxillis elongatis prominentibus; ore grandi; dentibus (utplurimum) procumbentibus; labiis crassissimis proboscideo-productis; mento quadrato; barbâ rudi confertâ; corpore sub-toroso; artubus elongatis, macris, debilibus. Homo *Australaricus Bory in Dict. class.* VIII. *p.* 308. 8. *Novo-Hollandus Blumenb. Dec. cran.* III. *t.* 27; IV. *t.* 40. *Alfourous endamènes et Australiens Lesson et Garnot Mém. sur les Alfourous etc. in Ann. des Scienc. nat.* X. *p.* 150 *et seq.* — *Zool. de la Coqu. t.* 1. (*cran.*) *Australasiens Desmoul. Tabl. méth. n.* 9. *Haraforas s. Alfuras in Moluccis. Indios in Philippinis. Laos et Miaotse in Cochinchina? Negros del monte in Mindanao? Samang Ayac in Malacca? Vinzimbers in Madagascar. Endamenes in Nova-Guinea.*

Omnium maxime bruti. *Autochthones peninsulae Malaccae, insularum archipelagi Indici, Madagascar, Novae Guineae, Novae Hollandiae etc., passim in montosa interiora compulsi vel deleti.*

B. *Podiis omnibus aut podariis manibus pentadactylis.* Quadrumana *Auct.*

2. SIMIA *).

Dentes omnes continui: *Prim.* $^{4}/_{4}$, erecti, incisores. *Can.* $^{1-1}/_{1-1}$, distincti, primoribus longiores, conici. *Mol.* $^{5-5}/_{5-5}$ tuberculati. *Rostrum* plus minus productum. *Angulus facialis* inter 30-65°. *Nares* septo tenui diremtae. *Auriculae* nunc marginatae, nunc immarginatae. *Sacculi* buccales (plerisque)

*) *Simia Linn. et Al. Simiae Catarrhini Geoffr. et Al. Pithecii Desm. Blainv. Troglodytes, Pithecus Geoffr. et Al. Hylobates Illig. et Al. Colobus Illig. et Al. Cebi spec. Zimmerm. Semnopitheci Fr. Cuv. et Al. Presbytis Eschsch. Lasiopyga Illig. Pygathrix, Nasalis Cercocebus Geoffr. Cercopitheci Briss. et Al. Inuus Geoffr. et Al. Magus Lesson. Macacus La Cep. et Al. Cynocephalus Briss. et Al. Papio Ejusd. et Al. Pongo La Cép. et Al. Lophotus G. Fisch.*



nibus 5-dactylis. *Ungues* lamnares *Cauda* elongata aut brevis aut nulla volubilis). *Nates* (plerumque) callosae. *i calidioris.*

caudâque nullis. SIMIAE s. PITHECI *uct.* (*Omnium maxime anthropo-*

lytes Blumenb.; nigra; auriculis magnis; gatis: lacertorum pilis reversis; natibus tectis. *an Natur. Reposit. n.* 19. S. *Troglodytes ndb.* 10. *p.* 73. 2. — *Abbild. t.* 11. *Schreb. ig. Audeb.* — *t.* 1. *C. fig. Scotin. Zimmerm.* II. *p.* 170. 69. *Linn. Syst. Nat. ed. Gmel.* I. *G. Pisch. Naturh. Fragm. p.* 101. *t.* 1. *f.* 1. *cran. tr. p.* 4. 2. *Fr. Cuv. in Dict. des Sc. nat.* XXXVI. *fig.* S. *Satyrus Linn. Amoen. Acad. p.* 69. *f.* 3. *Schreb. t.* 2. *fig. Buff.* S. *pygmaeus Ejusd. t.* *Tyson.* PITHECUS *Troglodytes Latreille in st. nat. ed. Sonn.* XXXVI. *p.* 277. 5 *et* XXXV. *p.* *Bory in Dict. class.* XII. *p.* 268. 1. TROGLODYTES *ffroy St. Hil. Tableau des Quadrumanes in Ann. du p.* 87. 1. *Desmar. Mamm. p.* 49. 2. *Enc. méth. t.* 5. *mus indicus Tulp. Obs. p.* 270. *t.* 14. HOMO *sylvestris Anatomy of a pigmy. Lond.* 1699. 4. *c. fig. mediocr. d Engeco Purch. Pilgr.* II. *p.* 982. *Buff. Hist. nat.* I. *p.* 2. *Audeb. Sing.* I. 1. *p.* 15. *t.* 1. *fig. bon.;* II. *f.* 2. *cran. Quojas Morrou Dapp Afr. p.* 393. 3. *Tulpii. Barris Barbot Guin. p.* 101. *Chimcotin tabula peculiari. Lond.* 1738. — *repet. in Nov. d. Lips.* 1739. *p.* 564. *t.* 5. *Virey in Nouv. Dict.* 602. 2. *Lécat Traité du mouv. musc. t.* 1. *f.* 1. *Cuv. Règn. an.* I. *p.* 104. - *Jocko Buff. Hist. nat.* 5. *t.* 1. *fig. mala. Champanzee Congensibus.*
mioris 2½ ped., brachii 16 poll., maniculi 5 poll., femocruris 11 poll. 3 lin., podarii 5 poll. 5 lin.. Adultus attingere vel excedere dicitur. *Hab. gregarius in sylvis occidentalis* (*Congo, Loango*).

3. *Satyrus Linn.;* ferruginea; auriculis parvis; brassimis: lacertorum pilis reversis; natibus (sub-) tec- *nov. Natur-Reposit. n.* 19. *t.* 58 *et* 59. *figg. bon. yst. Nat.* 12. I. *p.* 34. 1. — *ed. Gmel.* I. *p.* 26. 1. *Saugth. p.* 54. *t.* 2. *fig. Edw.* — *t.* 2. *B. fig. Allam. st. p.* 6. 1. *Blumenb. Handb.* 10. *p.* 73. 1. — *Ab- et* 52. *Zimmerm. Geogr. Gesch.* II. *p.* 170. 70.

Caput et corpus e flavicanti-fusco cineracea; regio ophthalmica nasus et os albido-cinèracea; sinus lacrymales longi; macula nigra ad oris angulum in labro; auriculae breviusculae, latae, acuminatae, extus albidae, intus albae striis 5 nigris; clunium discus albicans; pili erecti hirti; artus plerumque helvoli; ca-

gulae nigrae acuminatae; mesocynia brevia valida; cornua capite sesquimajora, albida, levissime granulata. *Hamilt. Sm. l. c.*

P. 455. n. 25. Cervo *Marianno* addatur:

C. cornibus gravibus robustis cineraceis: propugnaculo subverticali, processu ipsum inter caulemque interposito; ramo secundo prope summitatem exorso posteriore internoque; cranio eminentiis longitudinalibus propeque nasum tuberibus 2 insignibus instructo; dentibus laniariis nullis; colore saturate fusco; Damâ minor. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 785. 15 *et* IV. *p.* 115. *c. fig.*

P. 453. n. 26. Cervo *equino* addantur:

C. cornibus robustis granulatis; propugnaculo ad stephanium inserto; furcâ terminali e caulis latere interno posteriore; ramorum apicibus obtusis; sinubus suborbitalibus amplissimis mobilibus aërem excipientibus; clunium disco aurantio; jubâ largâ; dentibus laniariis in sexu utroque; staturâ magnâ. *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 782. 12 *et* IV. *p.* 112. *c. fig. Rusa, Russo-Itam Malay. Mejangan Banjoe* (*Cervus aquaticus*) *Javan. Eland, Elk Batav. Jamboe stag Britann.*

Altit. humerorum 4 ped. et ultra; uracum adhuc elevatius. Oculi maximi, obscuri, placidi; auriculae latae acuminatae, intus nudiusculae, extus canescentes; facies, humeri, dorsum femoraque saturate fusco-cineracea; pili cólli gutturisque rudes setacei; pectus et abdomen saturate cinerea, fere nigra; discus clunium dilute rubiginosus vel aurantius, supra caudae latus inferius extensus, a colore cineraceo femorum per striam nigram discretus. Cauda circiter pedalis, supra nigra; crura femoriunque latus interius et anterius flavicanti-fusca; gambae testaceae; mentum album; macula nigra ad oris angulos in labro et supra nares; rhinarium nigrum; genae et regio ophthalmica e testaceo canescentes. *Hamilt. Sm. l. c.*

P. 455. n. 27. Cervo *Peronii* addas:

C. cornibus gracilentis pallide fuscis: ramo basali anteriore, secundo posteriore caulis summitatem longitudine subaequante; cranio inter cornua prominentiâ longitudinali; orbitarum angulo posteriore elevatiore; dentibus laniariis; rostro longo acuminato. *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 785. 13.

P. 454. n. 28. Cervo *porcino* addatur:

C. cornibus gracilibus, ramis parvulis: secundo summitati caulium vicino; auriculis apice rotundatis intus roseis; capite brevi ovillo cineraceo; corpore fusco; artubus brevibus; altitudine stethiaci bipedali. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 787. 9.

P. 454. Cervo *porcino* subjungatur:

28. a. **C. pumilio Hamilt. Smith;* fragmento ossis fron-

talis transversim ad cornua 3 poll. lato; cerasphoriis brevibus; cornibus albidis circa bipollicaribus: propugnaculo parvo verticali, caule plano acuminato simplice. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 788. 18 *et* IV. *p.* 95. *c. fig. corn. n.* 2 (*C. minimus*).

In India? Mus. Chirurg. Londin.

P. 454. n. 29. Cervus *Muntjack*. Deleantur synonyma: *C. moschatus. C. moschus et C. subcornutus Auct.* atque addatur:

C. cerasphoriis 2½ — 3 poll. altis pelle tectis versus nasum in carinarum speciem decurrentibus summitate complanatis; cornibus 3-4-pollicaribus apice introrsum versis, propugnaculo parvo antrorsum verso; plicâ cutaneâ inter nasi carinas; corpore compacto; artubus gracilibus; corpore cineraceo-fusco subtus pallidiore; pectore artuumque latere interno albis, colore hocce aetate progrediente extensiore; staturâ Capreoli. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 802. 32 *et* IV. *p.* 144. *c. fig.* (*Sumatran Muntjac*) *et p.* 95. *figg. capit. n.* 7 — 10.

β. Saturate castaneo-fuscus (verisimiliter nil nisi junior).

P. 455. Ante Cervum *Guineensem* inserantur:

30. *C. Philippinus Hamilt. Smith;* cornibus? cerasphoriis brevibus carinarum instar usque inter oculos descendentibus; facie planâ; fronte arcuatâ cinereâ lunulâ interoculari sordide testaceâ; corpore fusco-cineraceo paullulo majore et graviore quam in C. Muntjack. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 803. 33 *et* IV. 147, *c. fig. capit. p.* 95. *n.* 5. *Cerf de Philippines Desmar. Mamm. p.* 442. *nt.*

Capreolo minor; cerasphoria capitis circiter quadrantem longitudine aequantia; metopium rectum, in medio convexiusculum; anguli orbitales superiores distinctissimi, singuli linea obliqua terminati, quae cum opposita juncta versus metopii medium angulum in carinae speciem versus rhinarium productum formant. Auriculae mediocres; cauda gracilis tripollicaris; vellus cineraceo-fuscum, dorso saturatius; collum subtus, venter artuumque latus internum dilutiora; spatium inter oculos, lineae duae angulum in metopio efformantes et carina ex earundem junctione orta nigra. *Desmar. l. c. In insulis Philippinis. Dussum.*

31. *C. subcornutus Blainv.;* cornibus minimis, stephanio regulari propugnaculoque parvo munitis, apice abruptim recurvis; cerasphoriis breviusculis in metopii latera parum elongatis; dentibus laniariis in ♂ nullis. *Desmar. Mamm. p.* 442. 678. *Blainv. in Bullet. de la Soc. Phil.* 1816. *p.* 77. *Goldf. apud Schreb. Säugth. p.* 1137. 22. *t.* 254. *B. fig.* 2 (*corn.*) *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 804. 34.

Patria? Mus. Chirurg. Lond.

32. **C. aureus Hamilt. Smith*; ♂ ignotus; ♀ magnitudine C. Muntjac; sincipite quadrato; rostro conico; orbitarum strigis 2 pilosis fortibus duris setaceis crispis, superciliorum obscurorum aemulis; sinubus lacrymalibus amplis; rostro minimo nec nigro subovillo; colore splendide fulvoflavido; auriculis latis amplis intus albis; gutture. ventre artuum latere interno mesocyniisque candidis. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 805. 35 *et* IV. *p.* 148. *c. fig.. Ubi Muntjack Raffl. in Linn. Transact.* XIII. *p.* 265.?

Longit. 3 ped. 4 poll. (angl.), altit. humeralis circa bipedalis. Caput 7 poll. longum; oculi rhinario sat propinqui; auriculae 4-pollicares, intus nudiusculae; nasus subfuscus; artus gracilenti elegantes, extus testacei; ungulae nigrae parvae acuminatae; cauda 4 poll. longa fasciculum nigrum formans. *Hamilt. l. c. In Malacca? Mus. Bullock.*

33. *C. moschatus Hamilt. Smith*; ♂ 2 ped. 11 poll. longus, 2 ped. altus; cornibus gracilibus simplicibus reclinatis. cerasphoriis elevatis; capite 7-pollicari; pilis rudibus setaceis bipollicaribus ubique subfuscis; caudâ 6¾ poll. longâ saturate coloratâ. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 806. 36 *et* IV. *p.* 149. *c. fig. Blainv. in Bullet. de la Soc. philom.* 1816. *p.* 77.? *Schreb. Säugth. p.* 1137. 21. *t.* 254. *B. fig.* 1 (*corn.*)? *C. moschus Desmar. Mamm. p.* 441. 677.? *Musk-Deer of Nepaul W. Ousley in Oriental Collect.* 1798. II. *c. fig.*

Artus gracillimi; collum breviusculum; ungulae succenturiatae parvae; dentes lan. 2⅛ poll. longi. *In Nepaul.*

455. Post *C. Guineensem* addatur:

Quid. *C. Isidorensis, C. Perrierii, C. Etueriarum, C. Pardinensis, C. Arvernensis, C. Ardei, C. ramosus*, cuncti fossicii, *Bravard, Croizet et Jobert*!

455. n. 1. CAMELOPARDALI *Giraffae* addantur synonyma: *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 807. 1. *Jirataka Amhar. Deba Aethiop. Naip Hottent. Impatoo Bojesmann.*

457. ANTILOPE. Addatur:

Observ. Cls. *Hamilton Smith* (*apud Griff. Anim. Kingd.* IV et V) sequentes hujus generis proposuit sectiones s. subgenera:

I. DICRANOCERUS. Cornua compressissima, scabra, granulata, obiter striata, processu anteriore, apice retrorsum uncinata, saturate colorata, orbitis imposita, angulum rectum cum plano faciali constituentia, super oculos impendentia; sinûs suborbitales pori inguinales rhinariumque nulla; linea facialis convexâ, cauda brevissima; pili rigidi, rudes, undulati, complanati, medullae speciem includentes, habitus cervinus; mammae ♀ ecornes? — *Incolae Americae borealis.*

1. *A. furcifer.* 2. *A. palmata.*

II. AXOCERUS. Cornua maxima, in sexu utroque, acuminata, simpliciter reflexa, annulata, super orbitis locata. Rhinarium subdistinctum; sinus sub-

orbitales porique inguinales nulli; cauda ad suffragines usque descendens; juba reversa; macula alba ante oculos; gutture mandibula subbarbata; mammae 2; statura magna; humeri uropygio altiores. — *In Africa.*

3. *A. leucophaea.* 4. *A. equina.* 5. *A. grandicornis.* 6. *A. barbata.*

III. Oryx. Cornua sexui utrique communia, horizontalia, longissima, gracilia, carinis priva, acuminata, nigra, annulis subspiraliter contortis per longitudinis dimidium bessemve ornata; auriculae longae; sinus suborbitales parvi nullive; rhinarium ovillum; striga saturatius tincta per oculos ducta; juba cervicalis reversa; cauda ad suffragines descendens, fasciculo pilorum longiorum terminata; scopae nullae; pori inguinales nulli? mammae duae, statura grandis; color in universum rufus vel vinaceo-cinereus in fundo albo.

7. *A. Oryx.* 8. *A. leucoryx.* 9. *A. Tao.* 10. *A. Bezoartica.* 11. *A. Addax.* 12. *A. Kemas.*

IV. Gazella. Cornua sexus utriusque prope orbitas inserta, magis verticalia, reflexa apicibus antrorsum versis, simulque extrorsum et denuo introrsum flexa, hinc lyrata, nigra, annulata ac striata. Sinus lacrymales arcti; pori inguinales; nasus ovillus; scopae fasciaeque laterum saturate coloratae in plerisque; oculi maximi obscuri; cauda brevis floccosa; mammae 2 vel 4. *Gregariae in campis.*

13. *A. pygarga.* 14. *A. mytilopes.* 15. *A. Dama.* 16. *A. Euchore.* 17. *A. subgutturosa.* 18. *A. Dorcas.*

V. Antilope. Cornua solis in ♂, nec reverâ lyrata, infra cristam frontalem affixa, saepe subspiralia vel spiralia; sinus suborbitales ampli; pori inguinales; rhinarii loco spatium exiguum nudum; mammae 2; scopae plerisque. — *Gregariae vel per familias plerumque in campis degentes.*

19. *A. melampus.* 20. *A. Forfex.* 21. *A. adenota.* 22. *A. Calus.* 23. *A. gutturosa.* 24. *A. Cervicapra.*

VI. Redunca. Cornua solis in ♂, pone orbitas sita, nigra, reclinata, apicibus procurvis, inferne annulata, sursum laevia, brevia, gracilia; auriculae longae, apertae, ovales; sinus suborbitales imperfecti; rhinarium parvum; pori inguinales; scopae nullae; cauda clunibus haud longior; vellus elongatum, undulatum; habitus in universum robustior; mammae 4. *Haud gregariae, locis diversis degentes. — In Africa.*

25. *A. Eleotragus.* 26. *A. redunca.* 27. *A. isabellina.* 28. *A. villosa.* 29. *A. scoparia.*

VII. Tragulus. Cornua solis in ♂, prope orbitas vel in iisdem collocata, auribus breviora, nigra, teretia, erecta, distantia, parallela, recta, quidpiam antrorsum ad retrorsum inclinia, plerumque annulis rugisque nullis, striis nullis; auriculae longae; corpus in genere gracilentum, artubus elevatis tenellis; caput rotundatum; macula ante et circum oculos nigra; sinus suborbitales; rhinarium parvum nigrum; cauda brevissima; pori inguinales; mammae 2; scopae nullae. *Omnes monogamae s. solitariae stationibus diversis: In Africa.*

30. *A. Oreotragus.* 31. *A. rupestris.* 32. *A. rufescens.* 33. *A. grisea.* 34. *A. pallida.*

VIII. Raphicerus. Statura parva; frons angusta; cornua rugis, annulis striisve nullis, nigra, gracilia, teretia, acutissima, subverticalia (solis e cranio cognita). *Asia.*

35. *A. acuticornis.* 36. *A. subulata.*

IX. Tetracerus. Cornua in ♂ solis quatuor, superiora s. genuina in crista frontali oriunda, recta, parallela, distantia, rugis nullis subnullisve, teretia, laevia, nigra, acuminata; spuria s. inferiora fere inter orbitas posita, conica, brevia, laevigata basive leviter rugosa; sinus suborbitales ampli; cauda brevis. *Monogami. In India.*

37. *A. Chickara.* 38. *A. quadricornis.*

X. Cephalophus. Cornua solis maribus propria, parva, recta vel subrecta, reclinata, summa in fronte locata, nigra, rugosa aut annulata; rhinarium sat amplum nigrum; pili sincipitis plus minus in fasciculi speciem elongati, vel divergentes; saccus inter orbitas naresque per foramen rimamve hians, cum sinu lacrymali, qui interdum deest, haud cohaerens; scopae plerisque nullae; suffragines breves; gambae scelidum elongatae; mammae 2 — 4; cauda brevis floccosa; color in genere obscurus; statura media vel parva. *Solitarii, in fruticetis campisve fruticosis latentes.*

39. *A. silvicultrix.* 40. *A. quadriscopa.* 41. *A. Burchellii.* 42. *A. mergens.* 43. *A. Ptoox.* 44. *A. Grimmia.* 45. *A. Maxwellia.* 46. *A. coerula.* 47. *A. perpusilla.* 48. *A. Philantomba.*

XI. Neotragus. Cornua solis in masculis, horizontalia, minima, annulis semiannulisve paucis, nigra, acuminata; sinus suborbitales nulli; caput subrotundum; nasus acuminatus; rhinarium parvum; cauda brevis; mammae 2; statura perpusilla.

49. *A. pygmaea.* 50. *A. Madoka.*

XII.

XII. Tragelaphus. Cornua in ♂ solis? carinis angulos subspirales formantibus, supremis ossibus frontalibus imposita, reclinata; rhinarii loco spatium exiguum nigrum; sinus lacrymales nulli; color maculis strigisque albis insignitus; formae elegantes, imo caprinae; mammae 4.

51. *A. sylvatica.* 52. *A. scripta.* 53. *A. phalerata.*

XIII. Nemorhedus. Habitus caprinus; cranium solidum grave; cornua solis in ♂? brevia, teretia, recurvata, basi annulata; rhinarium parvum; saccus in osse intermaxillari quorundam; pili rudes, relaxi, obscuri; artus robusti. — *In montosis sylvosisque Asiae et archipelagi Indici.*

54. *A. Sumatrensis.* 55. *A. Goral.*

XIV. Rupicapra. Habitus caprinus; cornua in sexu utroque, verticalia, teretia, striata, basi rugis paucis notata, subconica, apice abruptim retrorsum uncinata; artus validi; pori inguinales; mammae 2; aperturae 2 glandulares pone cornua; striga nigra transversa per oculos; pili longiores copiâ lanae exiguâ intermisti; statura mediocris. — *In montibus Europae et Asiae.*

56. *Rupicapra.*

XV. Aplocerus. Habitus ovillus; cornua istis Nemorhedorum similia, simplicia, subrecumbentia, conica, obsolete annulata: apicibus laevibus recurvis; sinus lacrymales rhinariumque nulla; cauda brevis. — *In montibus Americae.*

57. *A. lanigera.* 58. *A. Mazama.* 59. *A. Temmamazame.*

XVI. Anoa. Cornua in margine cristae frontalis sita, in eodem plano ac facies, robustissima, depressiuscula subtriangula brevia recta rugosâ acuminataque; linea facialis recta; sinus lacrymales nulli?

60. *A. depressicornis.*

Praeterea vir meritissimus quasdam *Antiloparum* species in genera duo nova junxit, quorum characteres sequentes:

DAMALIS. *Dentes prim.* $\frac{0}{6}$; *lan.* $\frac{0}{0}$; *mol.* $\frac{6-6}{6-6}$. *Cornua* sexui utrique communia, vel masculis solis propria, in crista frontali sita, varie flexa, embolis (nucleis osseis) cavitate basali extus per sinum sub vaginam osseam penetrante instructis. *Caput* grave longum, *collum* breve; *processus spinosi* vertebrarum dorsalium primarum plerumque elevati; *uropygium* saepe depressum; *corpus* obesum; *artus* validi; *cauda* pendula plus minus elongata; *juba barbaque; palearia* plus minus perfecta; statura magna.

I. Acronotus. Cornua in sexu utroque, flexurâ duplice plus minus distinctâ, basi approximata, inferne annulata, apice laevia et recurvata; caput angustum longum; rhinarium parvum nullumve; sinus lacrymales parvi; scopae nullae; pori inguinales; humeri elevatiores; uropygium depressum; cauda floccosa usque ad mesocynia descendens; mammae 2 vel 4; celeritas haud insignis. — *In Africa.*

1. *D. Bubalis.* 2. *D. Caama.* 3. *D. suturosa.* 4. *D. Senegalensis.* 5. *D. lunata.*

II. Bosalaphus. Cornua sexui utrique communia, gravia, robustissima, in summitate ossium frontalium collocata, transversim rugosa, recta apicibusve leviter procurva, fusca vel cineracea, circa suum axem (cum plano faciei in directione elongata situm) per carinam plus minus prominulam spiralem contorta; embolis ad basin sinu amplo instructis, ceterum passim porosis; rhinarium distinctum; sinus suborbitales nulli; collum jubatum; palearia lata profunda pilis longis limbata; femellarum ubera papillis 4 munita; statura maxima. — *In Africa.*

6. *D. Oreas.* 7. *D. Canna.*

III. Strepsiceros. Cornua solis in ♂, rugis nullis, pallide colorata, apicibus obscura, spiralia, curvata, in summitate cristae frontalis exorta, embolis ad basin cavitate exsculptis, sursum porosis; rhinarium latum humidum; palearia genuina; collum longiter jubatum; mentum barbatum; striga supraocularis alba; auriculae latae; humeri elevati; cauda pilis longis tecta; ubera papillis 4; statura grandis. — *In Africa.*

8. *D. strepsiceros.*

IV. Pontax. Cornua solis in ♂, lateribus cristae frontalis inserta, brevia, robusta, subangulata, exannulata; embroli cavitate instructi? rhinarium perfectum; sinus suborbitales profundi; humeri elevati; uropygium depressum; corpus breve obesum; collum jubatum; guttur fasciculo pilorum ornatum; palearia exigua; pedes caudaque taurina; statura magna. — *In Asia.*

9. *D. Risia.*

CATOBLEPAS. *Dent. prim.* $\frac{0}{6}$; *lan.* $\frac{0}{0}$; *mol.* $\frac{6-6}{6-6}$. *Caput* quadratum. *Cornua* basi plana lataque, proxime cristam ossium frontalium inserta, vara, apicibus sursum uncinatis deorsum tortis; *rhinarium* latum; *nares* uti in Bove, sed intus valvâ mobili praedita; *excrescentia* genarum glandulacea; *collum* jubatum; *guttur* largiter barbatum; *palearia* parva; *orbitae* labiaque setis munita; *metopium* carinâ pilosâ instructum; *corpus caudaque* equina; *artus* elegantes firmi. — *Gregarii in Africa.*

1. *C. Gnu.* 2. *C. taurina.* 3. *C. Gorgon.*

P. 457. n. 1. Antilopae *Cervicaprae* addatur:

A. cornibus nigris teretibus annulatis (annulis 12-22) spiralibus flexuràque triplici instructis, 20-24 poll. longis; capite elongato; naso obtuso, rhinario nil nisi maculam nudam inter nares sistente; corpore supra pallide fulvo infra albo, aetate progrediente nigricante, colli parte femoribusque solis fulvis, strigà longitudinali laterum in juvencis albà, in senibus nigrà magisque inferà; scopis distinctis; ♀ ecornis pallidior; (♂ adultus circa 2½ ped. ad humeros altus et 4 ped. a naso ad caudam longus) *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 831. 24. *Ena lingu Sanskrit. Sasi s. Sasin Indis.*

β.? ♂ adultus praecedente major, robustior; cornibus subfuscis 18 poll. longis validissimis spiralibus, ad basin semiannulis 9-10 confertissimis, sursum annulis completis 14-15, apicibus saturate fuscis; corpore saturate rufo-helvo infra, maculà oculos cingente maculâque genarum gutturisque albis; ♀ subconcolor; ♂ juvenis pallide fulvus strigis obscurioribus. *Hamilt. Smith l. c.*

?In Marocco austrino-occiduo.

P. 458. n. 2. Antilopae *Saigae* addatur:

A. Colus; ♂ Cervo Damà paullulo minor; corpore obeso; capite crasso compacto; cornibus distantibus subspirali-hratis, 10 poll. longis erectis annulatis diaphanis flavicantibus; naso lato cartilagineo; corpore ex cineraceo subfusco, strigà spinali obscura, subtus albo, hieme canescente; scopis parvis; ♀ ecornis. ♂ interdum tricornis *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 829. 22. *Snlok et Sahah Poton. Akoin Turcis.*

P. 458. Antilopae *Saigae* subjunguntur:

2. a. *A. adenota Hamilt. Smith*; ♂ circa 26 poll. ad humeros altus, cornibus basi subverticalibus extrorsum versis, dein recurvatis, apice leviter procurvis, 9½ poll. longis robustis nigris striatis, basi compressis, semiannulis faciei anterioris decem, apicibus laevibus; capite elongato-acuminato, rhinario parvo nigro; corpore fulvo-badio, subtus, maculà orbitas circumcingente labiisque albis; tuberculo lumborum parvo glanduloso, pilis inde veluti ex centro communi super corpus radiatim excurrentibus, striga longitudinali faciei anterioris antipedum, fasciâ obliquâ supra scelidum mesocynia scopisque obscuris; caudâ brevipilis longis nigris ex toto obtectâ; ♀ mari similis, at ecornis. *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 829. 21 *et* IV. *p.* 223. *c. fig. anim.*; *p.* 211 *fig. cran. A. hob*: cornibus medio flexis, basi annulatis, apicibus maxime ap-

proximatis *Erxl. Syst. p.* 295. 23? *Zimmerm. Geogr. Gesch.* II. *p.* 124. 38? *Desmar. in Nouv. Dict.* II. *p.* 187. 11? — *Mamm. p.* 457. 700? *Desmoul. in Diot. class.* II. *p.* 443. 8? *Kob Buff. Hist. nat.* XII. *p.* 210. 34.
In Africa centrali et occidentali.

2. b. *A. Forfex Hamilt. Smith;* ♂ altitudine humerali circa 25 poll. explente; corpore sat obeso; cornibus pedalibus nigris, basi approximatis, leviter procurvis, dein extrorsum divaricatis apiceque introrsum versis, annulis 12 instructis, apicibus laevibus; fronte latâ; naso conico, rhinario subdistincto; auriculis amplis adapertis, fasciculo pilorum longorum e concha extrorsum pendenti; sinubus lacrymalibus elongatis, corpore fulvo-fuscescente, subtus maculâque orbitas cingente albis; caudâ brevi flocco apicis nigro; strigâ longitudinali faciei anticae antipedum maculâque mesocyniorum obscuris; scopis parvis obscuris; ♀ minor, mammis duabus, aurium fasciculis pilosis nullis. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 827. 20 *et* IV. *p.* 221. *Gambian antelope Penn. Syn. p.* 39. 34.? *Shaw Gen. Zool.* II. 2. *p.* 338.?

Cornua a fronte visa forcipem aemulantia, secus curvaturam 12 poll. longa; caput 7 poll. longum; labia alba; rhinarium nigrum; auriculae subacuminatae, pilo brevi incumbenti vestitae, fasciculo pilorum longorum albarum et cinerascentium per 2-3 poll. e concha pendulo; cauda sexpollicaris, supra corpori concolor, strigâ medianâ floccoque apicali nigris, subtus alba; ungulae parvae, acuminatae, nigrae. *In Africa centrali et occidentali. Hamilt. l. c.*

P. 458. n. 3. Antilopae *gutturosae* addatur:

A. capite brevi crasso; cornibus circa 9-pollicaribus, fere ad apices usque annulatis nigris vel saturate flavis recurvatis, apicibus undulatis introrsum versis; naso obtuso setoso; larynge extus tumido pilis longis setaceis circumcincto; folliculo abdominali prope praeputium; scopis largis; corpore aestate supra flavicante-cineraceo, infra albo, hieme albido; ♂ adultus 2½ ped. prope humeros altus, 4 ped. 8 poll. longus; ♀ minor, larynge non protuberante et folliculo abdominali nullo. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 830. 23.

P. 459. n. 4. Antilope *Dorcas.* Addatur:

A. cornibus nigris teretibus lyratis 13 poll. longis, basi annulatis, medio semiannulatis, annulis 12 — 13. apicibus leviter procurvis, lateribus striatis; lineâ faciali concavâ; facie rufâ, medio nigrâ, ad margines laterales flavido-alba, colore hocce ab orbitis ad nares extenso; striga albâ nigraque ab oculis ad nasi latus interius decurrente; auriculis

nigro-strigatis; oculis magnis nigris; corpore pallide fulvo, subtus albo: caudâ brevi apice floccoso nigrâ; scopis distinctis; fasciâ latâ longitudinali laterum: ♂ adultus Capreolo minor; ♀ cornibus gracilioribus, apice introrsum versis: mammis duabus. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. kingd.* V. 825. 18. *Lichtenst. Ueber die Antilopen der nördlichen Africa in Berl. Akad. Abhandl. f.* 1824. *p.* 251. *Tab.* V. *Gazal Arab.*

Hab. Africam borealem, Syriam australem Persiamque.

?β. Corinna; ♂ adultus Kevellà paullo minor; cornibus nigris, basi depressioribus, recumbentibus simpliciterque lyratis, tumidulis, circa 7 poll. longis, inferne confertim rugosis, in medio annulis obsoletis parvis; naso oreque albis: metopio strigâque ante oculos splendide fulvis; fronte corporeque pallide ochraceo-holvis, lateribus cineraceo mixtis fasciâ longitudinali dilute castaneâ; gastraeo albo; scopis parvis. *Hamilt. Smith. l. c. p.* 333. *Corine Adansen. Horin Aethiop.*

In Africa centrali. Num species distincta?

?γ. Kevella; ♂ adultus magnitudine Dorcadis; lineâ faciali rectiore; cornibus robustioribus basi compressis, longioribus, flexuris distinctioribus, annulis 12—20, apicibus procurvis; orbitis longioribus; oculis plenioribus badiis; spatio albo oculos cingente latiore: mandibulâ albâ; stria faciem percurrente fulvâ; maculâ infra oculum utrumque e fulvo-fuscâ nigro non interspersâ: corpore supra pallide fulvo infra albo; clunibus albis stria fusca obsoletâ a femorum colore pallide fulvo discretis; fasciâ longitudinali fuscâ laterum interdum obliteratâ; scopis distinctis; ♀ Dorcadi similis, junior vero Kevellae simillima. *Hamilt. Smith l. c. p.* 332. *A. Kevella Auct. Kevel Buff.*

In Marocco australi-occiduo, in Africa boreali inter montes Atlantis desertumque Saharâ.

?δ. Cora: ♂ ad humeros 20 poll. altus, 5 ped. 2 poll. a naso ad caudam longus: capite rotundato, 7½ poll. longo, ore parvo conico; distantiâ nasum inter cornuaque 5 poll. explente; cornibus mediâ in lineâ inter orbitas collocatis subverticalibus circiter 5-pollicaribus teretibus gracilentis, apicibus recurvatis, laevibus, striis nullis, ast sulcis 1—2 circularibus; sinubus suborbitalibus non conspicuis; stria nigrâ prope cornuum basin exortâ ad nares decurrente, alteraque per oculos versus nasum protensâ; fronte metopioque rufis; occipite saturate fusco; ore, naso, spatio inter

striis regioneque ophthalmicâ albis; genis exalbidis; corpore flavicante-rufo, infra albo, strigâ laterum obscurâ; genuum callositate parvâ; caudâ 5-pollicari, apice nigro floccoso; facie anteriore mesocyniorum usque ad unguiarum fissuram scopâ saturate fuscâ; ♀ mari similis; cornibus quadripollicaribus. *Hamilt. Smith l. c. p.* 333.

In littoribus sinus Persici, in Arabia orientali. Verisimiliter species distincta.

P. 460. n. 6. Antilopae *subgutturosae* addatur:

A cornibus amplis cineraceo-nigris lyratis annulatis; corpore supra cinereo-fusco infra albo, fasciâ laterum fuscâ: larynge tumido; ♂ adultus 24 poll. altus, 3½ ped. a naso ad caudam longus, ♀ minor, scopis nullis. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 824. 17 *et* IV. *p.* 210. *c. fig. cran. et corn.* (*sub nomine A. mytilopae*). *Jairon Turcis.*

P. 461. n. 7. Antilopae *Euchorae* addas:

A capite subagnino; cornibus fusco-nigris lyratis robustis, annulis circa 20 completis, apicibus introrsum antrorsumve flexis; corpore pallide fusco; capite, artubus, ventre uropygioque albis, per fasciam longitudinalem laterum latam striamque ad uropygii margines a colore fusco discretis; striâ per oculos ducta obscurâ; ♂ adultus 22 poll. ad humeros, 24 ad uropygium altus; ♀ similis, cornibus gracilioribus, annulis paucis distantibus *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 823. 16. *Tesbe Caffris.*

P. 461. n. 8. Antilopae *pygargae* addatur:

A. cornibus 12 ad 15 poll. longis, circumferentiâ baseos 7 poll. metientibus, nigris, validissimis, semiannulis faciei anterioris 10—12, interstitiis striatis; glomere pilorum russorum ad cornuum basin striâ albâ mediam per faciem ad nasum detensa diviso; auriculis longis, extus rufescentibus; lateribus capitis, collo, lateribus uropygioque saturate purpureo-fuscis; dorso coeruleo-albo irrorato; cruribus albis, scopis nullis; ♂ adultus ad humeros 3 ped. 8 poll. altus, 6 ped. longus; ♀ ignota *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 820. 13. *Nimni Bojesmann.*

P. 462. n. 10. Antilopae *Hodgsonii* addatur synonymon:

A. hemas? 5 ped. 8 poll. longa, 3 ped. ad humeros alta: collo longo; prymnâ interscapulio elevatiore; cornibus 21—26 poll. longis nigris gracilibus striatis annulatis obiter lyratis, apicibus antrorsum versis acutis; sinubus lacrymalibus nullis; naso ovillo; auriculis brevibus; corpore longo; caudâ 8-pollicari absque flocco; pilis rudibus crassis hirtis lanam teneram obtegentibus; facie cruribusque obscuris;

collo dorsoque e schisticolore rufescentibus; abdomine, artuum latere interno caudaeque apice albis; ♀ ignota. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 819. 12 *et* IV. *p.* 197. *c. fig. Κνυαξ Aelian. Anim.* I. 14. *c.* 4? *Chiru Bhootanis.*

P. 462. n. 11. Antilopae *nasomaculatae* addatur:

A. mytilopes; ♂ ignotus; ♀ 2 ped. 8 poll. alta, 4 ped. 2 poll. longa; capite 9-pollicari; cornibus pedalibus gracilibus teretibus sublyratis nigris in maculâ amplâ rufâ collocatis, annulis 13—14 obsoletis; auriculis sexpollicaribus; sinubus lacrymalibus nullis manifestis; rhinarii obscuri rudimento inter nares; spatio inter oculos, ore, mandibulâ, pectore, ventre, prymnâ cruribusque albis; fasciâ transversâ nasi, collo, humeris, lateribus clunumque parte inferiore fulvo-ochraceis; plagâ interscapulii dorsoque canescente-irroratis; tyliis parvis infra genua; maculâ ad ungulas succenturiatas saturate fuscâ; ungulis latis planis rotundatis nigris mytiloïdeis; corpore sat obeso; mammis 4. *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 821. 14 *et* IV. *p.* 204. *c. fig. anim., p.* 210. *c. fig. capit. et cran.* (*nomine* Antilopae *subgutturosae*) *et p.* 355. *c. fig. ungulae.*

In Africa occidentali.

P. 462. n. 12. Antilopae *melampodi* addas:

A. artubus elevatis; cornibus nigris circa 20 poll. longis oblique sursum extrorsumque adscendentibus, in longitudinis medio angulum obtusum cum basi formantibus et oblique introrsum flexis, scabris basique ruditer annulatis, apice laevibus; auriculis 7-pollicaribus; corpore fulvo, dorso fusco, gastraeo cruribusque albis, maculâ ungulas succenturiatas cingente striâque clunium interdum duplice nigris; caudâ albâ 8-pollicari, flocco nullo; scopis nullis; ♂ adultus ad humeros 3 ped. altus, fere 5 ped. longus. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 826. 19 *et* IV. *p.* 195. *fig. corn.*

P. 465. n. 15. Antilope *Ioba.* Addatur synonymon:

Damalis *Senegalensis;* capite maris 14½ poll. longo, lineâ faciali convexâ, striâ nasali obscurâ; rhinario lato nigro; genis pallidius fuscis; sinubus lacrymalibus non manifestis; cornibus in ossium frontalium summitate supra occipitis planum insertis, 19½ poll. longis, apice 5½ poll. distantibus, circumferentiâ baseos 7 poll. explentibus semiannulisque 5—6 deinque annulis 16 notatis, retrorsum introrsumque curvatis; magnitudine Elaphi; corpore saturate rufo, infra exalbido; caudâ pilis longis vestitâ. *Hamilt.*

Smith in Griff. Anim. Kingd. V. 879. 4 *et* IV. *p.* 353. *c. fig. capit.*

P. 465. Antilope *hob.* Cf. *A. adenotam* et *A. Porficem.*

P. 465. n. 14. Antilopae *Damae* addantur:

A. Dama Lichtenst. in Berl. Akad. Abhandl. f. 1824. *p.* 231. *tab.* 5. A. formis elegantissimis gracillimis; capite lato; naso ovillo parvo; cornibns nigris pedalibus lyratis, annulis 12—15, apicibus antrorsum introrsumque flexis; sinubus lacrymalibus arctis; caudà brevi; scoparum setis in series 2 digestis ad genuum margines erectis, apice introrsum versis; capite albo, maculà ad cornuum basin splendide rufâ; auriculis sexpollicaribus, extus ad basin rufis, medio albis, apice nigris; collo, humeris dorsoque albido-rufis; maculà gutturis, corpore reliquo, pectore, artubus caudàque albis; gambarum anteriorum strigà longitudinali rufâ; ♂ adultus ad humeros 3 ped. altus; ♀ masculo magnitudine subaequalis concolorque *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 822. 15. *A. ruficollis Ejusd. ibid.* IV. *p.* 205. *et p.* 353. *fig. scopar. Engry linguâ Bornuensi? Ngria By-harm.?*

P. 464. n. 15. Antilope *reduncа.* Deleatur synonymon *Κημας Aelian.* et addatur:

A. capite novempollicari; cornibus 6 poll. longis, basi approximatis compressiusculis parum divergentibus suberectis procurvis, antice semiannulis 5 obscuris per strias discretis, apicibus laevibus approximatis; rhinario mediocri obscuro; auriculis longis; capite colloque flavido-albis; dorso fulvo-fusco purpureo-lavato; pilis longis duris relaxis variâ directione verticillatis; mento gastraeoque albis; caudà pilis elongatis, basi obscurà, medio fulvà, apice albà; cruribus validis fulvis; mas adultus 2 ped. 8 poll. altus, 4 ped. 8 poll. longus; ♀ similis *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 853. 26. *Mbill Senegal.*

In Africa occidentali, in terris Caffrorum, rupicola.

Obserr. Cls. *Hamilton l. c.* hûc ducit quâ marem adultum *A. fulvorufulam Afzel.*, a cl. *Lichtenstein* cum *A. Eleotrago* junctam, quâ feminam vero *A. Lalandii Desmoul.* et quâ pullum (ex toto pallide rufum) *Nagor Buff.*

P. 464. n. 16. Antilopae *Tragulo* addatur:

A. rupestris; capite ovali; rostro acuminato; rhinario nigro, in nasi culmine in acumen excurrente; cornibus verticalibus rectis parallelis teretibus gracilibus acuminatisque, longitudine 4 poll. haud adaequantibus, ad basin rudimentis 1—2 rugarum; auriculis elongatis adapertis acuminatis; corpore ex badio rufulo, subtus albo; inguine nudo nigro; caudà vellere absconditâ; mesocyniis brevibus; ♂ adultus

$3^1/_2$ ped. longus, ad humeros 20 poll., ad prymnam 22 poll. altus. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 838. 31. Deleatur *var. β. pallida*; videtur enim species distincta.

P. 465. Ante ANTILOPEN *melanotin* inseratur:

16. a. *A. rufescens Burchell*; ♂ $2^1/_2$ ped. a naso ad caudam longus, artubus elevatissimis; cornibus leviter reclinatis, apice sursum versis, teretibus, laevibus, rugarum annulorumque privis, parallelis, $3^1/_2$ poll. longis, basi $1^1/_2$ poll., apice 2 poll. inter sese distantibus; auriculis $4^1/_2$ poll. longis; capite magis quadrato, quam in A. Tragulo; rhinario parvo nigro; corpore splendide fulvo-rubro puniceo-lavato, infra albo; caudà brevissimâ. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 839. 32. *et* IV. *p.* 248. *c. fig. Vlock-steenbock Sparrm. Reise p.* 630. *Vlackte Steenbock Batav.*

Auriculae ultra cornuum apicem elongatae, apice rotundatae, ad margines intusque albae nigro-striatae, extus cineraceae. Macula infra palpebras inferiores, mandibula, guttur, pectus, antipedum facies interna, venter, femorum pars interior ad clunium marginem usque crurumque pars posterior alba; gambae pallide rufae; cauda vellere occulta. *In campis apertis terrae Caffrorum, rarissimus. Ham. l. c.*

P. 465. n. 16. ANTILOPAE *melanoti* addatur:

A. grisea; ♂ adultus 19—20 poll. altus, 3 ped. longus; capite ovali, 6-pollicari; cornibus quadripollicaribus laevibus teretibus erectis antrorsum inclinibus, basi $1^1/_4$ poll., apice 5 poll. inter semet distantibus; rhinario angusto nigro: auriculis $4^1/_4$ poll. longis latis adapertis; corpore saturate castaneo-rubro, pilis numerosis albis interspersis infra rufo. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 840. 33.

Subjungatur:

17. a. *A. Pediotragus Afzel.*; ♂ adultus 22—24 poll. altus. 3 ped. 5 poll. longus, formis gracillimis levissimis; capite quadrato; naso acuminato; cornibus rectissimis retrorsum inclinatis teretibus circa quadripollicaribus acuminatissimis antice carinâ obsoletâ: annulo oculos circumcingente nudo nigro; auriculis latioribus brevioribusque quam in A. melanoti: caudâ fere 3 poll. longâ: corpore supra pallide rufo flavo-albicante, subtus albo; ♀ rubicundior, mammis 2. *A. pallida Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 841. 34. *A. Tragulus. β. pallidus Lichtenst. in Berl. Magaz.* VI. *p.* 176. 27. *A. Pediotragus Afzel. in Nov. Act. Ups.* VII. *p.* 260. *Bleekbock Forst. Mss. Buff. Hist. nat. Suppl.* VI. *p.* 186.

Rara in campis terrae Caffrorum.

P. 465. n. 18. Antilopae *Eleotrago* addatur:

A. auriculis sexpollicaribus: caudâ 9—10 poll. longâ; cornibus 10—12-pollicaribus, infra planum faciale recumbentibus divergentibus regulariter curvatis, apice procurvis, basi rugosis, in medio annulis obsoletis notatis: corpore cinereo-canescente, ochraceo-induto, infra albo; pilis gutturis elongatis dependentibus albidis; ♂ adultus ad humeros 2 ped. 10 poll. altus 4 ped. 6—8 poll. longus; ♀ minor, ceterum mari conformis. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 832. 25.

γ. *Isabellina*; ♂ ad humeros 2 ped. 6 poll. altus, 4 ped. 10 poll. longus; capite 10-pollicari; cornibus 11-pollicaribus, robustis, basi approximatis, plano faciali parallelis, apice procurvis, teretibus nitentibus oblique annulatis antice annulis 6—7, postice 8—9; macula ante oculos triangulari nudâ; pilis elongatis arrectis, brevioribus fuscis, longioribus cineraceis, colorem lacteo-luteolam formantibus, hinc inde verticillatis. *A. Isabellina Hamilt. Smith l. c.*

Observ. Circa hujus speciei synonymiam cf. *A. reduncam*, pro cujus varietate etiam *A. isabellinam* habere cls. *Hamilton* inclinat.

P. 466. n. 19. Antilopae *aculicorni* addatur synonymon:

A. cornibus tripollicaribus teretibus laevibus nigris acuminatis, diametro baseos circiter $^3/_8$ poll. aequante, leviter extrorsum antrorsumque flexis; cristâ frontali pone cornua extensâ junctâque cum osse parietali lato, carinâ quadratâ terminato *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 842. 35 *et* IV. *p.* 198. *c. fig. cran.*

In India orientali.

Subjungatur:

19. a. *A. subulata Hamilt. Smith*; cornibus diametro $^3/_8$ poll. adaequantibus subverticalibus teretibus laevibus 4½ poll. longis, medio extrorsum flexis, apice leviter introrsum versis, basi 1 poll. 2 lin., in medio 2 poll. inter semet distantibus, ossibus frontalibus magis sursum, quam in *A. aculicorni*, insertis; fronte latiore; ossibus parietalibus angustis *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 845. 36 *et* IV. *p.* 198. *c. fig. cran.*

In India orientali. — *Mus. Chirurg. Lond.*

P. 466. Antilopae *grandicorni* addatur:

A. grandicornis Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd. V. 812. 5. *Empalanga, Empalunga, Empabunga Purch. Pilgr.? De Bry Regn. Cong. p. 2. c. fig. in primâ parte icon, Ind. orient.* P. II? *Boroaba Bornuens.? El Bucher et Achmer Arab.? Denham et Clappert. Trav.?*

In Africa centrali? Bornu?

P. 466. n. 20. Antilopae *Oreotrago* addatur:

A. habitu robusto; capite brevi rotundato latoque: cornibus circa 5 poll. longis distantibus teretibus erectis leviter antrorsum inclinatis, basi obsolete rugosis, in medio annulatis, apice laevibus acuminatis: artubus robustis; mesocyniis rigidis; vellere jucunde olivaceo: pilis arrectis spiraliter-contortis duris, basi cinereis, medio fuscis, apice flavis: ♂ adultus 21—22 poll. altus, 3 ped. 7 poll. longus *Hamilt. Smith. in Griff. Anim. Kingd.* V. 857. 30.

P. 467. n. 21. Antilopae *Capreolo* addatur:

A. villosa; ♂ adultus 2 ped. 5 poll. ad humeros altus, 4 ped. 6 poll. longus: capite 8-pollicari; cornibus 8½ poll. longis rectis verticalibus leviter antrorsum inclinatis teretibus gracilibus acute acuminatis, annulis 15: maculâ ante oculos nigrâ; sinubus suborbitalibus amplis; rhinario rotundo; collo longo; corpore gracillimo, canescente testaceo-lavato, infra albo; pilis mollissimis villosis; caudâ 5-pollicari, cineraceâ, apice albâ; ♀ minor, ast mari concolor, mammis 4. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 855. 28. *Burch. Mss.*

P. 467. n. 22. Antilope *Lalandii*. Est, fide cl. *Hamilton*, femina *A. reduncae*, ideoque ut species delenda.

P. 467. n. 23. Antilopae *sylvicultrici* addatur:

A. capite 10-pollicari; cornibus 4-pollicaribus reclinatis rectis acuminatis basi annulatis, sursum rugosis, apice laevibus leviterque extrorsum flexis; caudâ pendulâ floccosâ; mammis 2; antiâ inter cornua dilute fusca: corpore supra saturate fusco, pilis lineae spinalis lumborumque longioribus flavo-albidis, infra canescente: cruribus saturate castaneis: scopis nullis; ♂ adultus 3 ped.—3 ped. 2 poll. altus, 5 ped. longus *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 846. 39 *et* IV. *p.* 258. *c. fig.*

♀. *Platyotis*; magnitudine praecedentis, artubus verisimiliter brevioribus: capite longo acuminato: cornibus nondum 5 poll. longis reclinatis rectis divergentibus irregulariter annulatis rugosisve acuminatis nigris: auriculis amplissimis acuminatis cornua longitudine excedentibus, intus albidis, postice subfuscis: oculis magnis: maculâ genarum nigrâ sinus lacrymalis aperturam indicante: striâ metopii saturate badiâ, in antiam rigidiorem inter cornua extensâ: corpore supra e fusco flavido-albicante, subtus canescente: scopis nullis. *A. Platotis Hamilt. Smith l. c.*

In montibus partis occidentalis terrae Caffrorum.

Subjungantur:

23. a. *A. quadriscopa Hamilt. Smith*; ♂ adultus [illegible]

preoli magnitudine, artubus brevioribus; capite rotundo: naso conico: cornibus quadripollicaribus reclinatis rectis divergentibus apice acutis, annulis baseos 6—7 augustis; auriculis amplis cornibus longioribus, intus striis 2 nigris adornatis: collo elongato: striâ metopii longitudinali nigellâ; aperturâ lacrymali infraoculari parvâ. linea nudâ ab eâdem nasum versus decurrente sacculumque secundum genarum indicante: fronte pilis longis obscuris tecta: corpore e fuscescenti-flavo cinerascente, infra albo, striga laterali obsoletâ maculisque nonnullis supra flexuras transversis obscuris; artubus gracilentis: scopis flexurarum suffraginumque obscuris; mesocyniis abbreviatis *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 847. 40 *et* IV. *p.* 261. *c. fig.*

In ora occidentali Africae.

23. b. **A. Burchellii Hamilt. Smith*: ♂ adultus 5 ped. 5-poll. longus. 22 poll. altus: capite 7-pollicari: auriculis 6-pollicaribus: cornibus 5 poll. longis, supra planum faciei nonnihil elevatis approximatis parallelis, per trientem apicalem leviter extrorsum flexis. apice intus antrorsumque versis, nigris teretibus. apice obtusis. rugis baseos 6—7. dein striatis demumque irregulariter rugosis, striatis annulatisque: sinuum lacrymalium apertura manifesta nulla nec sacculo suborbitali ullo evidenti: auriculis amplis longis apertisque, striis 5 notatis: fronte plaga e pilis longis splendide fulvis: metopio nigro: corpore supra fuscescenti-rubiginoso. infra cinereo: artubus robustis: mesocyniis abbreviatis obscuris. *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 848. 41.

In terra Caffrorum. Burch. Num A. mergens senior?

P. 467. n. 24. Antilope *mergens*. Addatur:

A. cornibus quadripollicaribus basi distantioribus quam in A. Burchellii, magis reclinatis, extrorsum flexis, antice carinâ longitudinali per annulos 4-5 medium occupantes nec vero per baseos rugas transversim decurrente: phagâ frontali e pilis rigidis splendide fulvis; auriculis 5-pollicaribus, intus obscure tristriatis: striâ metopii laterisque crurum anterioris obscura: rima suborbitali in latere faciei: corpore supra dilute fusco infra albo: cauda brevi nigra apice alba: ♂ adultus 5 ped. 2—6 poll. longus. 21—25 poll. altus *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 849. 42.

In Africa occidentali et australi, imprimis in terra Caffrorum.

Huic subjungatur:

24. a. **A. Plox Hamilt. Smith*; praecedenti delicatior;

cornibus tripollicaribus teretibus extrorsum flexis re
tis carinâ anticâ nullâ, annulis baseos tribus; penicill
vo e pilis erectis nigris inter cornua; facie fronteq
fis; orbitis prominentibus; sinubus lacrymalibus subc
tis; rimulâ versus nasum sitâ, versimiliter aperturan
culi secundi sistente; colore supra pallido fusco, s
albo; strigâ longitudinali gambarum anteriorum mac
mesocyniorum posteriorum obscurâ; caudâ brevi fusca
nigrâ; ♂ circa 20 poll. altus tresque pedes longus.
milt. Smith in Griff. Anim. Kingd. V. 850. 43. *A.*
mia Pall. Miscell. p. 1. *tab.* 1. — *Spic. zool.* I. *p.* 38
3, 4 *f.* 3, *a*; *b et* XII. *p.* 18. 19. *Erxl. Syst. p.* 2
Zimmerm. Geogr. Gesch. II. *p.* 111. 25. *Schreb.* S
p. 1230. 29. *Tab.* 260. *Linn. Syst. Nat. ed. Gm*
p. 191. 19. *Lichtenst. in Berl. Mag.* VI. *p.* 17
Cuv. in Dict. des Sc. nat. VI. *p.* 241. *Guinea an*
Penn. Syn. p. 27. 18. — *Quadr.* I. *p.* 81. 29. *Shau*
Zool. II. 2. *p.* 324. *tab.* 127. *Vosmaer Beschryv*
het Guineesche Jufferbokje c. tab. aen. Amsterd. 1766.

In Africa australi et occidentali, praeprimis Guinea.

P. 468. n. 25. Antilope *Grimmia* deleatur et sic restitu
25. *A. Grimmia Fr. Cuv.*; ♂ adultus 17 et 18 poll.
27 poll. longus; corpore compactissimo, obesiore qu
praecedente; capite crasso in rhinarium excurrente:
bus brevissimis validis reclinatis antiâ frontali longa
ra suboccultis: facie obscurâ: auriculis brevibus lati
rimâ suborbitali elongatâ materie unctuosâ repletâ, as
lacrymali nullo: corpore e fulvo flavicanti-albo, strig
nali saturate cinereâ, infra albido; cruribus obscuris:
da longiore quam in praecedente: ♀ saturatius col
Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd. V. 851
Fr. Cuv. et Geoffr. Mamm. april. 1821. *Desmar. M*
p. 464. 712. Moschus *Grimmia Linn. Syst. Nat.* e
I. *p.* 92. 2. Capra *Grimmia Ejusd. ib.* 10. I. *p.* 70.
restris africana Grimm. in Miscell. Nat. Cur. dec. II
4. *p.* 151. *fig.* 15. *Tragus, C. silvestris Klein Quadr.*
Tragulus *africanus Briss. Regn. an. p.* 97. 4. *Seb.*
I. *tab.* 45. *fig. C, D* (*corn.*)? *La Grimme Buff. Hist*
XII. *p.* 307, 329. *tab.* 41. *f.* 2. 3 (*corn.*).?

In Guinea et Africa occidentali.

P. 468. Post Antilopen *Grimmiam* inserantur:
25. a. * *4. Maxwellii Hamilt. Smith*; ♀ adulta cir
poll. alta, praecedente gracilior; auriculis longioribus; fr
quadratâ: naso magis elongato acuminatiore; rhinario

tundo: macula infraoculari nigra: genarum rimula in sacculum inferiorem apertâ: fronte nasoque obscuris: stria transversâ supraoculari superciliorum aemulo: collo, dorso prymnaque saturate fuscis: gastraeo albo; mammis 4 flavicantibus ubera constituentibus: cauda bipollicari nigrâ. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 852. 45.

In Sierra Leone. Maxw. Num revera a praecedente distincta?

25. b. *A. coerula Hamilt. Smith*; ♂ adultus ad humeros 15 poll. altus. 28 poll. a naso ad caudam longus: capite elongato acuminato, rhinario parvo: sinu lacrymali nullo, ast sacculo suborbitali magis inferne sito stria longitudinali notato: cornibus 1¼ poll. longis, recumbentibus, apice sursum versis, nigris, acuminatis, pilo frontis suboccultis, semiannulis 5: auriculis brevibus rotundatis apertis: corpore e schisticolore purpurascente-coeruleo, infra albo: mesocyniis brevibus cruribusque testaceis; ungulis coloris cornei. *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 853. 46. *Daniell's Scenery of South. Afr. c. fig. Blauwbockje Batav. in promont. B. Spei.*

In terra Caffrorum.

25. c. *A. perpusilla Hamilt. Smith*; ♂ circiter 26 poll. longus, 12 poll. altus: capite breviore: fronte elevatiori quam in praecedenti: sacculo suborbitali uti in illa: sinubus lacrymalibus nullis: auriculis brevibus rotundis: cornibus nigris conicis gracilibus reclinatis quidpiam introrsum versis, fere bipollicaribus: dentibus incisoriis latioribus: mesocyniis longioribus: corpore saturate fuscescente-testaceo, subtus albo. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 854. 47.

In terra Caffrorum. Forsan varietas A. caerulae.

25. d. *A. Philantomba Ham. Smith*: juvenis 18 poll. longa: cornibus brevissimis semipollicaribus, apice modo ex antiâ frontali emergentibus: auriculis apice rotundatis: rima longa ad nasi latus: corpore saturate fusco-cineraceo; cruribus obscuris: mesocyniis brevibus. *Hamilt. Smith apud Griff. Anim. Kingd.* V. 855. 48. *Guecei Major Aethiop.?*

In Sierra Leone.

P. 468. n. 26. ANTILOPAE *scopariae* addatur:

A. capite 8 pollicari: cornibus suberectis leviter procurvis nigris teretibus 5-pollicaribus, rugis basios 6—7 annulisque 5 hisce superpositis, apicibus laevibus; sinubus lacrymalibus bene distinctis; rhinario parvo: scopis

distinctis; facie dorsoque helvis pallideve fulvis: arcu supraoculari albicante; gastraeo albo; gutture pectoreque pilis albis relaxis; caudâ brevi nigricante; cute nonnunquam nigrâ; ♂ adultus 22 — 24 poll. altus, 4 ped. longus: ♀ consimilis, ecornis, scopis distinctis. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 856. 29.

P. 469. n. 29. Antilopae *pygmaeae* addatur:
A. cornibus 1¼ poll. longis, supremo in capite positis basi approximatis crassis, annulis 1 — 2 prominentibus, apicibus acutis nigris; aperturâ lacrymali arctâ, ast rimâ nullâ: auriculis brevibus rotundis; corpore splendide badio, infra albente; ♂ adultus ad humeros circa 11 poll. altus, fere 20 poll. longus; ♀ minor colore tristiore *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 856. 49.

P. 470. n. 30. Antilopae *Saltianae* addantur synonyma:
A. Saltiana; corporis colore annulis pilorum griseis et albidis vario, torgo rufescente; capite supra et verticis caproná rufis; pedibus ex cinnamomeo rufescentibus, sumine albo; pectore et abdomine ex albo rufescentibus: cornibus maris basi annulatis, apicibus laevibus. *Cretzschmar in Rüpp. Zool. Atl. p.* 35. *Tab.* 21. *A. Madoka;* perpusilla: cornibus 1¼ poll. longis gracillimis recumbentibus, apicibus leviter procurvis, semiannulis bascos 6 — 7: auriculis latis ovalibus: pilis frontis confertissimis brevibus tenerisque; sinubus lacrymalibus nullis; capite pallide fulvo; mesocyniis elongatis; unguibus longissimis acuminatis coloris corneci. *Hamilt. Smith in Griff. Anim. Kingd.* V. 857. 50. *Madoka s. Atro Abessyn.*

